



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales**

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. Lib. Quinti sunt XLIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

Quinum: in Extrauag. *Si conditorum*, de verbo significat. *Ioan. 22.* ubi de bonis, quæ fratribus Franciscanis relinquuntur, nullus potest agere in iudicio nomine Ecclesie Romanæ, sine speciali Rom. Pontificis mandato.

Sextum: in Extrauag. *Iniuncta*, de Elect. *Ioan. 22.* in qua cauetur, ne Abbates, Episcopi, & alii Prælati, qui apud sedem Apostolicam promouentur, Ecclesias sibi commissas administrarent: sine ipsius Romani Pontificis litteris. Ipsi enim nec se in administrationem intrudere possunt, nec alii eos recipere, alioqui tam ipsi qui se inferunt, quàm qui recipiunt, tam diu sunt à beneficiorum administratione remoti, quò ad Rom. Pontificis auctoritate ab eo vinculo soluantur.

Septimum: in Extrauaganti, *Ex debito pastoralis de Electione. Ioan. 22.* in qua expressim omnia beneficia numerantur, quorum conferendorum ius Romano Pontifici reseruetur, *intra Extrauagantem Benedicti 12. Ad regimen de Præbend. inter communes.*

Octauum: solus Papa concedere potest facultatem, ut quis assumere queat habitum Fratrum, & Bisaccorum. *Extrauag. Sancta Romana Ecclesia. de Religios. domibus Pauli 2.*

Nonum: solus Papa concedere potest, ut Religiosi mendicantes, & clerici seculares, qui nondum vigesimum septimum ætatis annum attigerunt, ad certas Ecclesias postulentur: qui autem non paruerint, puniuntur. *Extrauag. Dispensius de postulat. Prælati. Ioan. 22.*

Decimum: in Extrauag. *Quia curatos*, de officio Custodie, *Ioan. 22. inter communes* edicit Pontifex fratribus mendicantibus, ne possint plures campanas habere, sine speciali Sedis Apostolicæ consensu.

Vndecimum: in Extrauag. *Ambitiosa*, de rebus Ecclesie non alienam. *Pauli 2. inter communes* sancitur, ne bona Ecclesiastica alienentur, præterquam in causis iure permittis. Qui vero non obtemperauerint, ita beneficiis suis priuentur, ut sine Romani Pontificis auctoritate ea nequeant retinere.

Duodecimum: in Extrauaganti, *Cum Marthas. De Heret. Ioannis XXI. inter communes* statuitur, ne Inquisitores hæreticæ prauitatis, vel Ordinarii possint, sine Romani Pontificis consensu procedere contra Officiales, vel ministros Romanæ Curie.

Decimum tertium: in Extrauaganti, *Et si Dominici*, de penitent. & remiss. *Pauli 2. inter communes*, absolutio à crimine ecclesiasticæ libertatis violatæ, vel interdicti à Romano Pontifice constituti, vel hæresis, vel conspirationis in personam, vel statum Papæ, vel schismatis, vel cædis presbyteri, vel offensæ personalis in Episcopum, vel alium ecclesiæ prælatum, vel inuasionis in Romipetas, seu alios quoscumq; ad Romanam Curiam venientes, vel prohibitionis causarum deuolutarum ad eandem Curiam, vel delationis armorum ad partes infidelium, vel impositionis nouorum onerum realium, vel personalium ecclesiis, vel ecclesiasticis personis, vel Simonie in Ordinibus, vel beneficiis consequendis, reseruetur Romano Pontifici: ita ut in generali quacumq; facultate data ad absoluendum à quibuscumq; criminibus, nunquam intelligatur concedi ad soluendum ab his.

Decimum quartum: sine speciali Rom. Pontificis consensu, non potest interdici ciuitati à sacris, ob debitum pecuniarum Domini, vel Officialium, vel priuarum personarum: in Extrauaganti, *Præuide attendentes*, *Bonifacii VIII. De senten. excomm. inter communes.*

Præterea in communibus Cancellariæ regulis, multa Romano Pontifici reseruantur. Item in aliis Constitutionibus, quæ nondum sunt ad ius commune redactæ, sed sparsæ, donec ad volumen vnum contrahantur, in libros, & titulos distributæ: quæ omnia nos suo loco in ordinem redigemus.

Finis Libri Quarti.

# IOANNIS AZORII LOR- CITANI E SOCIE- TATE IESV,

## INSTITUTIONVM MORALIVM Pars secunda:

### LIBER QVINTVS.

Quid nam possit Romanus Pontifex circa  
Sacramenta Ecclesie.

#### CAPVT PRIMVM.



ERTIURIS est Romanum Pontificem nec posse nouum aliquod Sacramentum instituire, nec vnum tollere, nec Sacramentorum materias aut formas mutare, quia Christus Dominus Sacramentum ecclesie instituit. *Concil. Trid. sess. 7. Canone 1. vnde eorum materias & formas præscripsit. Quare Romanus Pontifex sicut ius diuinum ex toto, aut ex parte abolere non potest, ita nec Sacramenta, nec eorum materias aut formas mutare potest, alioqui enim eo ipso ius diuinum ex toto vel ex parte abrogaret.*

Primo quaeritur, An Romanus Pontifex possit instituire, vt diuersæ prouinciæ in Sacramentis conferendis, diuersis formis vtantur? *Adrianus in 4. de Baptismo q. 2. vers. ad videndum autem, & cum secutus Sotus 4. d. 4. q. 1. art. 5. vers. Percussit aduersus autem: testatur Innocentium, & alios Canonici iuris interpretes in e. 1. de Baptismo, & eius effectum, tradidisse, posse Romani Pontificis auctoritate Baptismum in diuersis prouinciis secundum diuersam formam dari vt reuera datur apud Latinos & Græcos: nam Græci baptizantes vtuntur hac forma: *Baptizatur seruus Christi N. in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti.* Latini vero: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Testatur itidem Adrianus, & Sotus, dixisse Innocentium, Baptismum non valere, si Latinus Sacerdos eum conferat sub forma, qua Græci vtuntur. *Baptizatur seruus Christi N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* In quo, inquit, iidem Auctores, esse manifestum errorem Innocentij, quia si quis in conferendo Baptismo vtatur vera forma, quamuis peccet contra præceptum aut contra consuetudinem in ecclesia receptam, Baptismus valet. Certe in Innocentio ego non lego, quod Adrianus & Sotus illum docuisse testantur. Innocentius sic ait: *Si veram formam Baptismi dicat quis, & non credat illam veram formam, sed aliam, non erit baptizatus is, quem baptizat, & hoc ideo, quia non intendit baptizare: quod ex eo apparet, quia formam veram dicere non intendit, cum tamen sciat, vel credat, ad hoc certam formam statuiam: quia si non crederet, certam formam constitutam, & baptizare intendere non obstantibus prædictis adfectionibus, baptizatus esset.* Sic Innocentius. In quibus verbis non docet simpliciter, non Baptismum, si Latinus in baptismo conferendo forma Græcorum vtatur, aut contra Græcorum forma Latinorum. Solum dicit, si quis in baptizando veram formam dicat, & non credat illam esse veram formam, sed aliam, & quia hoc credit, baptizare non intendit, ac propterea quia non habet animum, & voluntatem baptizandi, vtitur forma Baptismi, quæ non erit esse veram, nõ baptizat eo quod mens & voluntas eius est baptizare. Nõ vult ergo Innocentius docere, irritum esse baptismum datum ab aliquo, qui vera forma vtitur, sed nõ credit esse eam veram formam. Quod est dicere: Si Latinus habeat in animo non baptizare,*

& quia

& quia baptizare non vult, virtut forma Græcorum, eo quod putat eorum non esse veram formam, non baptizar, non quia forma baptismi desit, sed quia deest animus; & voluntas baptizandi, quæ in ministro conferente baptismum requiritur.

Et quod Innocentius, & alii Canonici iuris interpretes, aiunt, posse in diuersis prouincijs diuersas esse formas Sacramenta conferendi, intelligunt, vt exprimit Abbas, diuersas esse formas, verborum quidem, sed eundem sensum tenentium, quia sunt verba diuersa quidem, sed eandem rem significantia. Innocentius igitur capite supra citato, num. 7. sic ait: *Ecclesia potest facere Constitutiones, super baptismo, non quod sit, vel quod non conferatur omnibus, sed quia circa Baptismi collationem potest Constitutiones facere, & praefigere formas, quas quia Deus ratas habet, & quia bonæ sunt, inquit baptizans characterem eis, qui secundum tale Constitutionis baptizati sunt, idem facit Ecclesia in Matrimonio, & in alijs Sacramentis, & dispensat in voto, & iuramento, & in omnibus alijs fere: nisi contra Eadem.* Hic tenus Innocentius. Vbi paulo obsecutus loquitur, & committit plura: quæ non eundem modum & rationem habent.

Barthius, & alii Canonici iuris interpretes, Innocentium sic explicant: Ecclesiam habere auctoritatē à Christo constituendi formas in Sacramentis, exceptis Sacramentis Baptismi, & Eucharistiæ: & quia forma dat substantiam rei, & sine formate non subsistit, ideo si quis non vtatur forma Sacramenti secundum constitutionem Ecclesiæ, nullum est Sacramentum: sicut contractus nullus est, si non celebratur secundum formam, quam ei dat ius humanum.

Mihi hæc sententia nullo modo placet: quia contractus est iuris humani, & ita ei date formam in potest ius humanum: at Sacramentum, est iuris diuini à Christo institutum, ei igitur Christus materiam dedit, & formam.

Meo iudicio Innocentius solum significare voluit, posse Ecclesiam, ac proinde Romanum Pontificem diuersas Constitutiones edere circa Baptismi, & aliorum Sacramentorum formas, quod attinet ad verba & quipolentia, hoc est, idem significantia: & reuera verba quibus Græci vtuntur, & Latini in Baptismo conferendo eundem sensum habent, Et ideo Ecclesia permittit; vt Græci sua forma vtantur, cum tamen Latini aliam formam in conferendo baptismo seruent. Græci itidem in formis Sacramentorum potius vtuntur verbis Imperatiui modi, quam Indicatiui. Contra Latini magis vtuntur verbis Indicatiui modi, quam Imperatiui, præterquam in Sacramento Ordinis, quod administratur per verba Imperatiui modi, & Extremæ Vnctionis, quæ confertur per verba Operatiui modi. Sed quia idem est sensus verborum, nihil refert sint Indicatiui modi, an Imperatiui.

Secundo queritur, An Rom. Pontificis auctoritate fieri queat ex iusta & debita causa, vt quis licite recipiat Sacramentorum ab Hæretico, Schismatico, vel Simoniacò, vel excommunicato, interdicto, aut suspensò à diuinis? De hac questione tractauit lib. 3. c. 46. q. 12.

Tertio queritur, An ex Romani Pontificis commissione simplex presbyter possit sacrare Chrismam, quod est materia Confirmationis? Durand. 4. dist. 7. quæst. 2. num. 8. & quæst. 3. num. 9. videtur negare id posse presbyterum. Ita quoque sentiunt meo iudicio quotquot negant posse Pontificem committere presbytero, vt conferat Sacramentum Confirmationis, vt Adrianus, & alii, vt ostendam statim in q. 6.

Cæterum Caiet. 3. par. q. 72. art. 3. Victoria in sum. de Sacramentis, cum tractat de Confirmatione, num. 43. Scotus dist. 7. q. 1. art. 3. sentiunt id posse. Id quoque longe ante docuit Scotus eodem lib. & dist. q. 1. vbi ait: *Materia autem remota est Chrismam compositum ex oleo oliuæ, & balsamo, & sanctificatum specialiter ab Episcopo, vel ab alio, cui talis sanctificatio poterit committi.* Sic etiam videtur sentisse Palud. eod. lib. & dist. quæstion. 1. art. 2. conclus. 3. & quæst. 4. conclus. 2. vers. *Ad cuius euidenciam est sciendum:*

quem sequitur Capreo: eod. lib. & dist. q. 2. art. 3. ad 1. de quibus dicam qu. 6. Ratio huius sententiæ est: Ex delegatione Rom. Pontificis potest presbyter Sacramentum Confirmationis conferre, ergo potest etiam Chrismam facere: nam illud primum est maius, ergo potest secundum. Certe opinio hæc est probabilis, & valde probabili ratione suffulta.

Sed mihi admodum dubium est, An possit Pontifex presbytero committere vt Chrismam conficiat, nam vt deo plures causas posse contingere, vt presbyter ex delegatione Papæ conferat Sacramentum confirmationis: vt si sint multe prouinciæ Christianorum præcursaria, & remotæ, in quibus nulli Episcopi sint, nec commode, & facile haberi possint. At vti non est tanta necessitas, vt Papæ simplici presbytero deleget auctoritatem conficiendi Chrismam, quoniam potest Chrismam ab Episcopo factam aliuunde asportari, & conferri. Legimus, vt statim dicam, Romanos Pontifices concessisse aliquando, vt presbyter daret Sacramentum Confirmationis, non tamen delegat se presbyteris, vt Chrismam conficerent. Ex concessione, inquit Concilium Florentinum in Decreto F. de sub Eugenio IV. aliquando Sedis Apostolicæ, simplex Sacerdos Sacramentum Confirmationis administrat. Chrismate per Episcopum confecto. Dicitur etiam Gregorius XIII. concessisse presbytero in India, vt hoc Sacramentum conferret, sed non nisi Chrismate per Episcopum factum. Nec conueniens est, vt si committat Pontifex presbytero administrationem Sacramenti confirmationis, deleget, vt factam Chrismam conficiat: factis enim est demandare presbytero, vt Sacramentum conferat, ac subito tamen Chrismate per Episcopum confectum, & ex prouincijs, vbi sunt Episcopi, asportato. Nec itidem consequens est, vt si Christus concesserit summo Pontifici auctoritatem committendi presbytero, vt factam Confirmationem administret, concesserit etiam potestatem committendi presbytero, vt confectet Chrismam. Nam iusta videtur fuisse causa, vt primam concederet potestatem, non secundam. Nec is qui potest ex voluntate principalis agentis id quod maius est, potest semper quod minus est, nisi in primo conueniat, vt necessarium cum eo conueniam.

Quæro queritur, An Romani Pontificis auctoritate possit Confirmationis Sacramentum conferri in oleo per Episcopum sanctificato, absque illo balsamo? Hæc questio pendet ex ea, An balsamum ex necessitate Sacramenti in materia confirmationis requiratur, an vero solum ex præcepto Ecclesiæ? Theologi veteres in 4. dist. 7. Canonici iuris Interpretes in c. Pastoralis, de Sacram. non iterant, communi consensu tradiderunt, materiam Confirmationis esse Chrismam ex oleo & balsamo confectam. Certe videtur docere, balsamum requiri ex necessitate Sacramenti, vt insinuat S. Thomas 3. par. q. 72. art. 3. Nihilominus tamen Caietanus eo loco, art. 2. & Scotus in 4. dist. 7. q. 1. art. 2. & Victoria in summa de Sacram. Confirmationis, m. 44. Nauar. in Manuali c. 22. n. 7. Covar. lib. 2. Varia. resolut. c. 10. n. 4. negant balsamum necessitate Sacramenti requiri, sed solum ex præcepto Ecclesiæ.

Meo iudicio, prima sententia est tenenda, vt tuia, & vera: Tum quia est communis inter veteres scholasticos, Alexandrum, Albertum, Bonauenturam, Richardum, Scotum, Durandum, & Paludanum in 4. dist. & Canonici iuris Doctores in c. Pastoralis, de Sacram. non iterant, tum quia magis cum Concilio Florentino congruere videtur, quod ait, materiam Sacramenti Confirmationis esse Chrismam ex oleo & balsamo confectam.

Obiicit id quod dicit Innocentius in c. Pastoralis, de Sacram. non iterant. Sacramentum Confirmationis, quod erat datum in oleo siue balsamo, esse iterandum, sed caute suppleendum, quod erat omisum: ac si balsamum requireretur ex necessitate Sacramenti, iterandum esset, eo quod sine balsamo nullum Sacramentum fuerit. Respondet, Innocentium in eo capite generale dedisse responsum, vt

caute suppleretur, quod incaute fuerat omisum: quo significavit caute, Sacramentum Confirmationis sine balsamo datum, esse iterandum. *scilicet Innocentius, Hostiensis, Iohannes Andreas, & Panormitanus, & alii in eo capite.*

Ex quo fit, ut Romani Pontificis auctoritate fieri nequeat, ut valeat Sacramentum Confirmationis, si oleo tantum sanctificato per Episcopum, sine balsamo ministratur: quia cum vera sententia sit, ut dixi, balsamum requirit non solum ex præcepto Ecclesie, sed necessitate Sacramenti, nequit Romanus Pontifex facere, ut sit Sacramentum sine substantia, hoc est, sine materia, quam Sacramentum sua natura, siue divina institutione postulat.

Quinto quaeritur, An ex commissione Romani Pontificis fieri queat, ut valeat Sacramentum confirmationis collatum ab Episcopo in oleo, & balsamo non sacratum? Respondeo, fieri non posse, quia hoc Sacramentum non solum præcepto Ecclesie, sed etiam natura sua, & divina institutione requirit, ut eius materia sit consecrata, & est communis opinio Theologorum in 4. dist. 7. quamvis Palud. in 4. q. 7. conch. 1. ver. *Ad cuius evidentiam est sciendum,* & Capreolin. 4. dist. 7. q. 2. art. 3. in responsione ad primum, dicant, sed falso, id fieri posse ex dispensatione Rom. Pontificis.

Sexto quaeritur, An ex commissione Rom. Pontificis, possit simplex presbyter Confirmationis Sacramentum conferre? Dux sunt Theologorum sententiae: Una est assertantium, non posse; quia divinae institutionis & iuris est, ut huius Sacramenti minister sit Episcopus; sed Rom. Pontifex nequit ius divinum mutare, ergo nec facere, ut hoc Sacramentum presbyter administret: sicut nec non concedere, aut delegare, ut Diaconus consecret corpus, & sanguinem Domini, vel absolvat à peccatis per penitentiam Sacramentalem, quia hoc iure divinis congruit soli Sacerdoti. *Sic Duran. n. 4. d. 7. q. 3. & Adrian. in 4. q. de Sacram. Confirmat. art. 3. Casirus contra hares. in verbo Confirmatio, Maior. 4. dist. 7. q. 1. ver. 2. arguitur.*

Alter sententia est multorum Theologorum in 4. dist. 7. affirmantium, id posse Romanum pontificem simplici presbytero delegare & reuera S. Gregorius, *ut constat ex Epist. 9. & 36. lib. 3. & habetur e. Peruanis. dist. 95.* id presbyteris Sardinie concessit absente Episcopo, nec est cur tanti Pontificis factum improbetur: quod quidam Theologi facere ausi sunt, nimirum Duran. Adrian. & Maior locis citatis. Hæc sententia est communi Theologorum in 4. d. ff. & Canonici iuris Interpretum e. Peruanis. d. 95. consensu recepta, & in Conc. Florent. in decreto sub Eugenio IV. ob exemplum, & factum S. Gregor. dicitur, Rom. Pont. aliquando concessisse, ut presbyter confirmaret, absente videlicet Episcopo, sed Chirinate per Episcopum consecrato.

Quæres, quanam causa iusta ac debita sit, qua Rom. Pont. id aliquando concedat? Respondeo, cum Petro Soto de Instit. Sacerdotum Lect. 1. Sacer. Confirmationis factam S. Gregorii non esse facile in exemplum trahendum, cum illud sequentes pontifices secuti non fuerint, nisi raro, & vrgenti causa. Vnde si sint aliqua Christianorum provincie, in quibus nulli sint Episcopi, nec commode & facile creari possint, vel iuveniri, tunc rationi consentaneum videtur, ut id Rom. Pontifex, alicui certo presbytero committat. Certe Pius V. & Gregorius XIII. id leguntur concessisse quibusdam presbyteris, qui apud Indos conversionem Paganorum ad Christi fidem, & religionem procurabant, cum apud eos Episcopi non essent, nisi in provinciis valde remotis.

Quid si ampla fuerit diocesis Episcopi, vel Archiepiscopi, qualis est Toletana in Hispania, & multi reperiantur, qui confirmati non sint, iusta ne erit causa, ut Rom. Pontifex concedat aliquibus presbyteris, ut hoc Sacramentum administrent? Respondeo, non videri tantam necessitatem, ut id Rom. Pontifex faciat, quia tametsi dioceses Episcopi, vel Archiepiscopi sint amplissimæ, non defunt apud nos Episcopi titulares, qui vere sunt Episcopi, licet

eorum dioceses à Paganis occupatæ teneantur, & horum opera & diligentia potest uti Episcopus, vel Archiepiscopus in confirmandis Christianis suæ diocesis, vel provincie. Et negligentes esse videntur Episcopi, vel Archiepiscopi, qui cum id facere possent, non faciunt tamen.

Ad argumentum autem in principio oppositum respondeo: quamvis Roman. Pontifex presbytero committat, ut Sacramentum Confirmationis conferat, ius divinum non mutat: neque enim facit, ut presbyter sit confirmationis minister ordinarius, sed ex delegatione, siue commissione, quod cum iure divino non pugnat: Christus enim Dominus instituit, ut solus Episcopus sit sanctæ Confirmationis ordinarius minister. Hoc autem non tollitur, si ex delegatione Romani Pontificis presbyter aliquando confirmet. Vade in Conc. Trid. Sess. 7. de confirmat. Can. 3. habetur: *Si quis dixerit, Sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathema sit. Dixit ordinarium, non commissarium.*

Septimo quaeritur, An Rom. Pontifex delegare queat, ut laicus, vel saltem Diaconus Sacramentum Confirmationis conferat? Glossa in c. Manus. de consec. dist. 5. in verbo, *lyricum*, sic ait: *Ex demandatione Papa quilibet conferre potest, quod habet. Vnde ordinatus ordinem, quem habet conferre potest, & confirmatus confirmationem. Certe nunquam legimus id tale Romanum pontificem consecrasset; nec est vllus Theologus, qui asserat, posse Diaconum, aut laicum confirmatum, Sacramentum Confirmationis ex delegatione Papæ conferre. De Glossa vero illa in cap. Manus. de consec. dist. 5. quam falsa sit, dicam inferius in hoc cap. q. 12.*

Octavo quaeritur, An si Romanus pontifex, constitutione edita, ut præcepto dato, adimeret Episcopo potestatem conferendi Sacramentum Confirmationis, vel Ordinis, vel consecrandi Chirisma, valerent nihilominus Sacramentum ab Episcopo ministratum? Hanc questionem breuiter tractavi lib. 3. cap. 30. quæst. 10. Innocentius, Panormitanus, & alii quidam in c. Quanto de consuetudin. sentiunt, posse Papam, potestatem ministrandi Sacramentum Confirmationis, vel ordinis Episcopi auferre, saltem edita constitutione, ita ut si ministrarent illud, nihil agerent. Profecto miror tale quid esse dictum ab Innocentio & Panormitano. Couarr. lib. 1. Varia. resolut. cap. 10. num. 8. ait, hanc Innocentii, & Panormitani sententiam esse periculosam, nec vlla ratione posse defendi, ut animaduertunt, inquit, Alesius, Maior, Adrianus. Immo Alphons. Castren. lib. 1. de Iusta Heretico. punis. cap. 22. dicit, esse hæreticam sententiam. Certe ea teneri absque periculo & errore non potest, quia talis potestas in Episcopo est ordinis, non iurisdictionis. Deinde ita est ordinis hæc potestas, ut conveniat Episcopis iure & institutione Divina: at Papæ ius divinum ex toto, vel ex parte delere vel abrogare non potest.

Nec obstat, quod objicit Panormitanus, principio Evangelicæ ecclesie, consuevisse presbyteros Sacramentum Confirmationis conferre, sicut episcopi conferebant. Ergo quemadmodum, inquit, sustulit ecclesie talem potestatem presbyteris, ita ut nihil faciant, si hoc Sacramentum administrent, ita poterit episcopi auferre. Grauius lapsus est Panormitanus. In primis: fortassis initio Evangelicæ ecclesie Apostoli civitatibus præferebant presbyteros, qui vere simul erant episcopi, quia cum pauci essent, non creabant presbyteros simplices, sed a piscopos, qui possent omnia Sacerdotum munera etiam pontificalia obire: postea vero crescente numero clericorum, factum est, ut alii deligerentur episcopi, alii presbyteri simplices, qui episcopis subessent, ut erant iure divino inferiores. Diuisis itaque & distinctis episcopis, & presbyteris, soli episcopi confirmationis Sacramentum conferebant.

Deinde, ut demus Panormitano, simplices presbyte-

ros Sacramentum confirmationis ministrasse; id fecisse concedimus ex commissione Apostolorum; vel ecclesie, siue Romanorum Pontificum. Commissaria vero potestatis sunt, ac definitam reuocant, qui commisit: quia sublata, committentis nihil agit. At vero potestas episcopi in conferendo sacramento confirmationis est ordinaria, diuinitus à Christo data; ac proinde tolli à Romano Pontifice non potest. Potest quidem ille prohibere, ne episcopus hoc sacramentum conferat, neque tamen facere, ut non valeat sacramentum, si episcopus illud administrat.

Nono quaeritur, An Romani pontificis auctoritate concedi possit, ut Missæ sacrificium offeratur, & fiat sola consecratione patris, absque vlla vini consecratione? De hac quaestione egi in 1. par. Institut. Moral. lib. 10. cap. 19.

Decimo quaeritur, An ex delegatione Romani Pontificis possit presbyter oleum Catechumenorum & infirmorum consecrare, ita ut valeat sacramentum extremæ vntionis ministratum in oleo sacro per simplicem sacerdotem ex commissione Romani Pontificis? Quidam concedunt, posse Romanum Pontificem committere presbytero, uti consecret oleum infirmorum & Catechumenorum. Ita Sotus 4. distinct. 23. quæst. 1. art. 3. utrum vero commissio Ratio eius est, quia ut diximus, potest Romanus Pontifex delegare presbytero, ut Chrisma consecrat, immo ut sacramentum Confirmationis conferat: ergo par ratione potest committere presbytero, ut consecret oleum infirmorum. Mihi hæc sententia dubia est: saltem nunquam legitimus, id concessisse aliquem Romanum Pontificem.

Non quaerimus hic, An iusta subit causa, ut id committat presbytero Romanus Pontifex, sed solum, An Pontifex valeat id facere, cum adest iusta causa atque legitima. Probabilis sane est sententia Soti: sed non video rationabilem & vrgentem causam, cur id faciat Rom. Pontifex. Obiicit contra Sotum: ex necessitate sacramenti requiritur, ut oleum infirmorum sit ab episcopo factum: at Roman. Pontifex nequit mutare id, quod iure diuino & ex sacramenti substantia necessarium est. Respondebit ille: Quamuis ex delegatione Romani Pontificis presbyter oleum infirmorum consecret, non ideo mutatur, aut ius diuinum, aut substantia sacramenti, quia iuris diuini est, ut solus episcopus sit ordinarius minister in oleo infirmorum sacramento: quod non impedit, quin ex delegatione Rom. Pontificis presbyter sit minister commissarius, non ordinarius.

Vndecimo quaeritur, An Romani Pontificis auctoritate sacramentum Extremæ vntionis administrari queat in oleo profano, non sacro? Palud. 4. dist. 7. quæst. 4. Cõnel. 2. vers. Ad cuius euidentiam sciendum est, & eum secutus Capreolus in 4. distinct. 7. quæst. 2. art. 3. in responsione ad 1. censent, ex dispensatione administrari posse. Hæc sane quaestio pendet ex ea, An iure diuino ad huius sacramenti substantiam pertineat, ut oleum sit sacrum? Caietanus 3. par. quæst. 72. art. 3. videtur docere, quamuis dubitans, non requiri ex necessitate sacramenti, sed solum ex ecclesie præcepto, ut oleum sit sacrum.

Profecto hæc sententia quamuis sit Paludani, Capreoli, & Caietani, quatenus dicit materiam huius sacramenti sacram esse debere ex solo præcepto, & institutione ecclesie, falsa est. Communis enim Theologorum, & Iuris Canonici interpretum opinio est, ad sacramenti substantiam pertinere, ut oleum sit sacrum, nec vnquam legitimus datum esse hoc sacramentum in oleo profano, Sotus 4. distinct. 23. quæst. 1. art. 3. conclus. 2.

Dices etiam: Baptismus datur in aqua consecrata, & tamen ex necessitate sacramenti non requiritur, ut aqua sit sacra. Respondeo, ex vsu ecclesie colligi esse diuersam rationem de aqua Baptismi, & de oleo infirmorum: nam necessitate cogente baptizatur quis in aqua naturali, quamuis non sacra: at nunquam legitur quis sacramentum Extremæ vntionis, in oleo profano recepisse. Hinc con-

sequens est, ut Romani Pontificis auctoritate Extrema vntio, in oleo profano nequeat administrari, quia huius Sacramenti substantia requirit, ut oleum sit sacrum.

Duodecimo quaeritur, An ex commissione summi Pontificis simplex Sacerdos possit minores ordines conferre? Communis est Theologorum in 4. distinct. 24. & Canonici iuris Interpretum sententia, posse. Sed Maior in 4. distinct. 24. quæst. 1. vers. Sed contra istud arguitur, dicit: Ex institutione Christi, soli Episcopi sunt collatores ordinum, & non videtur, quod Romanus Pontifex possit alicui non Episcopo facultatem talem conferre. Tenenda est communis opinio. Et quamuis iuniores Theologi ad id affimandum, ea ratione mouentur, quod patet cum Durando in 4. dist. 24. quæstione 2. huiusmodi ordines non esse à Christo, sed à Apostolis, vel ecclesia institutos, necesse sacramentum, nec characterem imprimere, nec gratiam conferre. Sic etiam sentiunt Caietanus in opus. tom. 1. tract. 11. de modo tradendi, & suscipiendi Sacros Ordines. Sotus 4. distinct. 24. quæstione 1. artic. 4. vers. Et de Sacerdotio constituitur. Nuar in Manuali cap. 22. num. 18. vers. Quare probabili videtur vtraque. Coartuuius lib. 1. Variar. resolut. capit. 10. num. 16. Ego tamen veram existimo opinionem veterum Theologorum, Alexandri, Bonauentura, Paludani, cum Magistro sentent. in 4. distinct. 24. dicentium, prædictos ordines esse iuris diuini, characterem imprimere, & esse sacramenta gratiam conferentia. Et nihilominus puto, Romanum Pontificem posse presbytero committere, ut hos quatuor Ordines conferat: in hoc enim non tollitur, aut mutatur diuinum ius, siue Christi institutio: quoniam horum Ordinum conferendorum ordinarius minister est solus Episcopus: quæ diuina institutio non impedit, quin presbyter sit commissarius minister ex Rom. Pontificis delegatione, non ordinarius.

Decimotertio quaeritur, An ex communiõne Romani Pontificis possit presbyter tres maiores Ordines dare? Glossa in c. Manus, de consecr. dist. 5. generaliter docet, ex delegatione summi Pontificis quemuis dare, quem habet, ac proinde conferre posse Ordinem quem habet, non autem Ordinem, quo ipse caret.

Secundum hanc Glossæ sententiam, potest Diaconus ex commissione Romani Pontificis, Diaconum creare, & sacerdos sacerdotem: Ego sane omnino verum existimo, quod sanctus Thomas docet 4. distinct. 25. q. 1. artic. 1. ad 3. Maiores Ordines non posse presbyterum conferre ex commissione summi Pontificis. Et apud me plus ponderis, & momenti habet auctoritas sancti Thomæ quam Glossæ: Audiui aliquando à quodam dicente mihi, Abbatem in quodam Monasterio Cisterciensis instituti, privilegium habuisse, quo posset Diaconum ordinare: quod verum necne fuerit, nescio. Maior in quarto distinct. 7. quæstione 1. vers. sed contra istud arguitur, ait sic: Et tamen dicunt nunc aliqui, aliquos Abbates Ordinis Cisterciensis ex privilegio posse conferre omnes Ordines, etiam sacros, dempto Sacerdotio. Palacius in 4. distinct. 24. disputat 4. vers. Porro quod maxime premis, dicit hanc sententiam non esse tam paradoxam, quam aliqui arbitrantur. Certe ego nusquam legi in probatis Historiis, vel Auctoribus Romanum Pontificem commississe simplici presbytero, vel sacros, vel maiores Ordines conferre: nec legi, Diaconum ex delegatione Romani Pontificis Diaconum creasse. Nam si obiicias Glossæ sententiam, Innocentium, Abbatem, & alias quosdam Canonici iuris Interpretes secutos fuisse in capitulo. Quanto de consuetudine. Profecto Durand. in quarto distinct. 7. quæstio. 4. ait, Glossæ sententiam esse manifeste falsam, quoniam is qui baptizatus non est, baptismum confert in necessitate, & Sacerdos, qui extremam vntionem non recipit, eam confert infirmo periclitanti: & alioqui rusticus, qui vntus est, posset infirmos vngere. Innocentio, Abbati, & aliis opponimus vnum sanctum Thomam, cuius auctoritas pluris æstimari in hac parte debet, præsertim cum tantum Doctorem alii

etiam Canonici iuris interpretes secuti fuerint, nimirum *Collectarius*, & alii in *cap. Quanto de consuetud. Palud in 4. distinct. 25. quæst. 1. art. 2.* & inter iuniores *Syluester in verbo Ordo 3. q. 6.* & *Conar. lib. 2. Variar. resolut. c. 10. num. 9.*

Decimoquarto queritur, An Rom. Pontificis commisione, presbyter possit Episcopum consecrare? *De hac questione disputant lib. 3. cap. 30. quæst. 4.*

Decimoquinto queritur, An Papa solo verbo, nimirum si dicat: alicui: sis presbyter, vel sis episcopus, possit presbyteriam, vel episcopatum creare? *De hac etiam questione lib. 3. cap. 29. q. 4.*

## C A P. II.

### Quidam Romanus Pontifex circa Sacramentum Matrimonii posuit.

Sciendum est, Matrimonium esse quendam inter virum & uxorem contractum, iuris naturalis, & diuini, & humani. Item esse officium naturæ & remedium libidinis & peccati, & esse etiam sacramentum in noua lege à Christo Domino institutum, ut ait *S. Thom. in Addition ad 3. par. q. 42. art. 2.* & *Magister in 4. dist. 26.* Vnde quia contractus, & officium naturæ est, etiam inter Paganos contrahitur: Vt contractus est, de eo non solum Christiani Principes olim leges condiderunt, sed etiam Ethnici. At vero quia sacramentum est, in noua lege à Christo institutum, gratiam conferens, *Concil. Trident. sess. 24.* Ecclesia sibi causas omnes matrimoniales reseruaui: ita vt huiusmodi causæ ad forum ecclesiasticum, non ad Civile pertineant. *Concil. Trident. prædicta sess. Can. 12. cap. Multorum 35. quæst. 6. cap. 1. de consanguinit. & affinit. cap. Accedentes, de excess. Pralato, cap. Auditis, de præscript.*

Primo queritur, Vnde est, vt ecclesia, vel Rom. Pontifex aliquos inhabiles ad matrimonium efficiat, cum tamen alioqui sint inhabiles iure diuino, & naturali? Vnde item fit, vt ecclesia, vel Rom. Pontifex aliqua matrimonia reddat irrita. Verbi gratia, matrimonia sine Parocho, & duobus, vel tribus testibus contracta? *Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de Reformat. Matrimonii.* Ratio dubitandi est, quia Matrimonium est sacramentum à Christo Domino institutum: ergo eos qui iure Diuino & naturali habiles sunt: ad matrimonium, nequit ecclesia vel Rom. Pontifex inhabiles efficere: sicut non potest facere, vt aqua naturalis non sit Baptismi materia: aut ne panis, aut vinum, sit materia consecrationis Eucharistiæ: alioqui enim sacramentorum materiam mutaret: quod est absurdum. Respondeo in hoc reuera, Matrimonium à cæteris sacramentis distingui, quod est quidam contractus, vt dixi, iuris diuini & naturalis, voluntate viri, & feminae celebratus; quare si contractus huiusmodi aliqua lege non valet, sacramenti rationem non habet. Ratio enim sacramenti exigit, vt ipse contractus sit ratus & firmus, ita vt valeat. Hinc est, vt ecclesia, vel romanus Pontifex possit legem condere, quæ reddat inhabiles ad matrimonium aliquos alioqui iure diuino, vel naturali habiles atque idoneos: neque enim in hoc sacramenti materiam mutat; sed solum facit, ne contractus valeat, nisi inter hos, aut illos, aut nisi sic, & non aliter inuitus: inuito vero contractu aliter, quam ecclesia constituit, Sacramenti ratio non subsistit, aut procedit, quia deest materia. Quemadmodum in sacramento penitentia, si penitens non sit subditus, iure communi, vel ex delegatione superioris, absolutio data à Confessorio non valet: eo quod sacramentalis absolutio, est sententia iudicialis. *Concil. Trident. sess. 14. cap. 6.* sententia vero Iudicis non valet, si feratur in eum, qui non est subditus. Requiritur enim in Iudice iurisdictio ordinaria, vel delegata. Vnde quamuis Sacerdotes omnes in sua ordinatione potestatem ordinis accipiant, non tamen potestatem iurisdictionis. *Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. de Reform.* Ecclesia vero, aut romanus Pontifex, cum facit hos, aut illos subditos huic vel illi, non mutat materiam absolutiois sacramentalis, quia talis materia iure diuino non est qui-

libet penitens, sed penitens subditus: vt recte docent *Durandus 4. distinct. 8. quæst. num. 12.* & *Paludanus in 4. dist. 7. q. 4. art. 3. concl. 2.* Simili modo se habet in sacramento Matrimonii: Materia enim est is, qui alioqui habilis est ad contractum matrimoniale.

Dices, Quomodo ecclesia, vel romanus Pontifex potest legem ponere, quæ reddunt inhabiles ad contractum conjugalem, qui alioqui sunt habiles iure diuino & naturali? Nam etsi non mutat sacramenti materiam: mutat tamen id, quod diuini iuris est & naturalis. Respondeo, in hoc difficultatem non esse, quia sicut ecclesia, vel romani Pontificis auctoritate fieri potest, vt promissio, votum, vel iusiurandum valeat, nisi sic vel aliter fiat, vel adhibeatur: & tamen hæc sunt iuris diuini & naturalis: sic etiam ecclesia, vel rom. Pontifex legem condere potest, ne conjugalis contractus sit ratus ac firmus, nisi sic, vel aliter inuitus. Quoniam, quemadmodum voto, vel iuramento, quod hominum voluntate fit, vel adhibetur, potest ecclesia formam dare, quæ valeat: Sic quoniam matrimonium voluntate viri & feminae contrahitur, potest ecclesia lege statuere formam, quæ talis contractus valeat, & non aliter: nam sine forma res non subsistit. Vnde in *Concilio Trident. sess. 24. Canone 4.* dicitur: *Si quis dixerit, ecclesiam non potuisse constituere impedimentum matrimonii dirimentia, vel in his constituendis errasse, anathema sit.*

Item obicit: Ergo patri ratione ciuiliu Principum auctoritate potest constitui, & condi lex, quæ reddatur irritum matrimonium hoc vel illo modo contractum. Respondeo, postea id Principes iustus de causis, nisi ecclesia prohiberet: nam; quandoque Matrimonium est solum contractus, non Sacramentum, vt potest inter Paganos, possunt edi leges, quibus id fiat, & ex iure ciuili constat id fecisse profanos, sive sæculares Principes. Senatusconsulti auctoritate vetitum matrimonium inter pupillam & filium tutoris. *l. i. c. de interd. matrim. c. l. Senatus ff. de ritu nupt.* item prohibitum erat conubium inter senatores, vel eorum liberos, & libertas, vel alias vilis conditionis feminas. *l. Patia ff. de ritu nuptiar. c. l. si libertam. c. de nupt. item inter Praesidem, & sibi subiectam feminam. l. i. c. de nupt. l. i. c. si quæcumq; prædictis potestate:* At vero inter Christianos id non fit, quia matrimoniales causas, vt dixi, sibi ecclesia reseruaui, & rom. Pontifices constituerunt, vt ad forum ecclesiasticum, non civile pertinerent in *Concil. Trident. sess. 24. Canone 12.* dicitur: *Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad Iudices ecclesiasticos, anathema sit.*

Secundo queritur, An romanus Pontifex per dispensationem concedere queat, vt coniugium contrahatur inter Catholicum virum, & hæreticam feminam, vel è contrario? An inaduerendum est inter hos iure Canonico esse interdictum matrimonium *c. non oportet. 28. q. 1. nihilominus tamen, vt habet communis Theologorum & Canonici iuris Interpretum sententia, raturum est matrimonium, si contrahatur. Glossa. in c. Non oportet. 24. q. 1. S. Thomas 4. q. 1. art. 1. Cardinalis, & alii in c. ult. de condit. appof. tit. & colligitur ex cap. Decretis. de Hæret. in sexto. Contra Glossa in c. ult. de condit. appof. vbi dicit, matrimonium cum Hæretica contractum non valere.*

Ergo quod in dubium vocatur, est, An romanus Pontifex dispensare queat in huiusmodi matrimonio, vt licite contrahatur. Quod si dices, quæstioni locum non esse, quia iuris Canonici rigorem potest romanus Pontifex relaxare: & constat ex historiis, matrimonia olim esse contracta inter Catholicum & Hæreticum. Ex Annalibus Franciæ, & Hispaniæ, constat Clotildem feminam Catholicam, fororem Childeberti, & Clotarii regum Franciæ, nupsisse Amalario Hispaniæ regi Ariano. Item, Sigebertus Mediomatricum in Franciæ Rex Catholicus, duxit uxorem Brunichildem filiam Athanagildi Hispaniæ regis Ariani: quæ Ariana erat, sed vt ait *Gregorius Tavo in Historia Francorum lib. 4. cap. 22.* opera Gallorum episcoporum, abdicata Ariana perfidia, fidem Catholicam

fulcepit Chilpericus Suellonum in Francia Rex Catholicus, Frater Sigeberti Regis, accepit uxorem Galuindam Arianam, filiam Athanigildi Visigotorum Regis Ariani.

In hac questione, dicendum est, aliquid esse iuris diuini, & naturalis, aliquid solum Canonici & humani. Iuris diuini est, ne qua femina Christiana nubat Hæretico cum probabili periculo perditionis, & peruersionis, vel alius altius peccati lethalis. Iuris item naturalis est, ne contrahatur matrimonium cum Hæretico, cum probabili discrimine salutis, & vitæ corporalis. Iuris vero Canonici est, ne tales nuptiæ contrahantur, etiam hisce periculis sublati, quoniam id prohibet ecclesia, & etiam præcipit, ut Hæreticorum consortium vitemus. Romanus igitur Pontifex relaxare nequam potest, id quod in hac re iuris diuini, vel naturalis, bene tamen potest id, quod est iuris Canonici, vel humani. Sed nec expedit talem dispensationem concedere, nisi Primariis viris, & ob commune pacis bonum, & Hæretico id volente, & petente, & fidem dante suæ ad Fidem Catholicam conuersionis.

Tertio quaeritur, An Romanus Pontifex possit matrimonium ratum, non consummatum dissolue: Dux sunt sententiæ, vna est afferentium, eum posse dirimere ex rationabili & urgente causa. Hæc est communis inter Canonici iuris interpretes. Sic enim Hostiensis, Ioan. Andreas, Abbas, Anania cum Glossa. in cap. Ex publico de conuers. coniug. Deius, Felinus, apud Conarruatum in quartum librum Decretalium, de Matrimon. par. 2. cap. 7. §. 4. nu. 13. & multi alii quos citat Siluester in verbo Diuortium. quest. 4. Sic etiam Cai. in in opus. 29. questionum. q. 13. & in Opus. 27. Quæstionum, question. 25. Siluester loco citato. Id probant multi argumentis. Primo, quia matrimonium ratum, non consummatum, significat coniunctionem Christi cum anima; quæ dissolui ac dissociari potest. Secundo, quia Alexander III. in cap. ex publico de conuers. Contug. illa verba Christi: Quod Deus coniunxit, homo non separet, dicit locum habere solum in matrimonio consummato: præsertim cum Deus ea verba non protulerit, nisi post illa Adæ: *Et erunt duo in carne una*: & tamen non sunt vna caro nisi post copulam coniugalem. Tertio, quia matrimonium ratum nondum consummatum, per Religionis professionem dirimitur: at summus Pontifex potest, iuxta probabilem multorum Theologorum, & Canonici iuris interpretum sententiam, ut ostendi 1. par. Institut. Moral. libr. 12. cap. 7. q. 1. 2. & 3. Religiosum professum à voti vinculo solueret: ergo potest matrimonium ratum, non consummatum dirimere: quia si vincio vincem te, pariter poterit vincere te. Quarto, quia ut testatur S. Antoninus part. 3. tit. 1. cap. 21 §. 3. Martinus V. & Eugenius I V. leguntur matrimonium ratum non consummatum dissoluisse; & refert Nauar. in Manuali. cap. 21. numero vigesimo primo, se petente Romanos Pontifices id fecisse ter, aut quater, videlicet Paulum Tertium, & Pium IV.

Altera est opinio negantium, id posse Romanum Pontificem, hanc sententiam sequitur Socus in quarto. dist. 27. q. 1. art. 4. vers. Alia vero argumenta: vbi dicit esse communi consensu Theologorum receptam, contra Canonici iuris Doctores. Couar. loco superius allegato, dicit esse communem Theologorum sententiam, & tutiorem & veriorem. Cuius sententiæ argumenta sunt: Primo, quia quod Deus coniunxit, homo non separet. Deinde matrimonium ratum, & non consummatum inter Christianos est sacramentum: at Romanus Pontifex, non potest ex sacramento facere non sacramentum. Adde quod matrimonii vinculum iure diuino, & naturali est perpetuum, ut constat ex ipsa matrimonii institutione. Concil. Trid. sess. 24. in principio: sed Rom. Pontifex nequit dissolue vinculum, quod est sua natura, & diuina institutione perpetuum, & insolubile. His accedit, quod Nicolaus Papa in cap. Scripsi. 27. q. 2. docet per ingressum in Religionem coniugium ratum dissolui, non ab homine, sed à Deo ipso per internam inspirationem, quia Religio, tanquam spirituale connubium, instituta est. Inter has duas sententias, prima videtur esse

probabilior, si rationabilis, & grauis admodum causa vt gear: quamuis secunda, maiori Theologorum consensu approbetur. Certe argumenta primæ sententiæ plus ponderis, & firmitatis habent, & multum refert, quod plures Romani Pontifices matrimonium ratum, non consummatum dissoluerint: nam etsi facta Pontificum rem Fidei non faciunt, faciunt tamen probabilior sententiam. Nec est, cur dicas, eos in facto errasse, aut saltem iuris Canonici sententiam secutos id fecisse: quia factum, quod probabilis sententia innititur, error dici non potest. Et cum Pontifices sæpe id fecerint, videtur multo probabilius quam oppositum.

Argumenta porro oppositæ sententiæ facile diluuntur. Nam illud: Quod Deus coniunxit, homo non separet: Alexander III. cap. ex publico de conuers. coniug. vt dixi, refert ad matrimonium consummatum. Nec mirum est, quod Papa matrimonium ratum, & consummatum, quamuis Sacramentum, dissoluat: quia Matrimonium est quidam contractus inter virum, & uxorem, qui quam diu coniugali complexu consummatus non est, auctoritate Pontificis dissolui potest: soluto vero contractu, amplius Sacramenti ratio non permanet: quod in cæteris Sacramentis locum non habet: ac propterea si administrata semel fuerint, non dirimuntur.

Nec itidem obstat, quod Matrimonii vinculum sit sua natura, & diuina institutione perpetuum: nam voti etiam, & iurifurandi non ad tempus, sed in perpetuum facti & adhibiti vincula debent diuino, & naturali iure perpetuo seruari: & tamen Roman. Pontif. potest illa relaxare atque dissolue. Fatemur itidem cum Nicolaus Papa in cap. Scripsi, supra citato, per ingressum in Religionem coniugium ratum non ab homine, sed à Deo solui: nihilominus tamen concedimus posse ratum matrimonium, Romani Pontificis auctoritate dissolui. Neque enim Nicolaus Papa in eo capite id negauit, quamuis dixerit à Deo solui per ingressum in Religionem.

Quarto quaeritur, An matrimonium inter Paganos contractum & consummatum, possit aliquando Romani Pontificis auctoritate solui? Anima diuertendum est, inter Paganos, vel consuetudine recepta, vel lege lata, vnum plures simul uxores habere: quæ matrimonia post primum legitime contractum, reuera sunt irrita, & inania, quia est contra ius diuinum, & naturale, vt quis simul duas, vel plures uxores habeat. Concil. Trident. sessio 24. in Can. 2. & c. Gaudemus, de diuor. Item mos est apud Paganos, vt vir repudiata prima uxore legitima, aliam ducat: quod repudium est contra ius diuinum, & naturale, vt habet communis opinio in quarto, d. distinctione 33. & distinctione trigesima nona, & in capitulo Gaudemus, de diuor. interdum, vt vnus coniugum ad fidem, & religionem Christi conuertatur vna cum secunda, vel tertia uxore, prima uxore legitima in Paganismo manente, & cum illa cum coniuge ad Christum conuerso habitare sine iniuria Saluatoris tenent, habet ius Christianus coniux ad alias nuptias transfundendi, capitulo Quinto, & capitulo Gaudemus, de diuor.

His positis quaestio est, An si Titius Ethnicus habens simul plures uxores, repudiata legitima, vel non repudiata: conuertatur ad Christum, possit Roman. Pontifex concedere, vt is habeat in uxorem secundam, vel tertiam ad Christum conuersam, non primam in Paganismo manentem? Hæc quaestio locum non habet, quando prima reuera comparet, & vult habitare cum coniuge Christiano, sine contumelia Creatoris: tunc enim cum primum coniugium fuerit legitimum, & consummatum, nequit vlla humana auctoritate dissolui, vt est communis omnium opinio; sola enim alterius coniugis naturali morte dirimitur. Quod ergo in hac quaestione in dubiū vocatur, ad duo capita reducitur. Primum est, An Paganus conuersus ad fidem vna cum secunda, vel tertia uxore, possit auctoritate Apostolica manere cum secunda, vel tertia uxore facta Christiana, sine vlla monitione facta primæ uxori, an velit fieri Christiana, vel habitare cum viro, sine contumelia Cre-

toris. Alterum est, An si prima vxor legitima in Prouincia Paganorum longissime remota commoretur, ita vt ob difficultatem viarum, latronum, & hostium pericula admoneri non possit, fieri ne velit Christiana, vel habitare cum viro Christiano, sine iniuria Saluatoris, possit Rom. Pont. concedere viro, vt secundam, vel tertiam vxorem Christianam factam accipiat contracto denuo cum ea coniugio.

Ratio dubitandi est, in primo casu, quia non videtur necessarium, vt talis vir primam vxorem admoneat, quoniam nec Apostolus, 1. *Corinth.* 7. nec Innocentius in *cap. gaudemus, de diuort.* id præcipit. In secundo casu ratio dubitationis est, quia quamuis prima & legitima vxor viuat, admoneri tamen vix potest, vt rum baptismum velit suscipere, aut cum viro habitare sine contumelia Creatoris, & cum vir ad Christum conuersus sit iuuenis, non videtur prohibendus à coniugio, ne magnum incontinentiæ periculum incurrat. Ergo poterit Rom. Pont. auctoritate concedi, vt cum secunda, vel tertia Christiana effecta, tanquam cum vxore legitima viuat.

Certe difficile est asserere, id Romani Pontificis auctoritate fieri posse, quia patrimonium cum prima contractum, & consummatum, non nisi morte naturali dissoluitur. Nihilominus tamen dicitur Pius V. concessisse, anno Domini 1571. die 2. Augusti quibusdam Regularibus Euaangelium apud Indos annuntiantibus facultatem dispensandi, vt Paganus conuersus ad fidem posset manere cum secunda conuersa quoque ad fidem, cum ea denuo legitime nuptias contrahendo, hoc restatur auctor speculi coniugiorum, *parte tertia, articulo decimo octauo, conclusio ne quinta.* Vnde quidam, vt ab eis audiui, censent id posse facere Romanum Pontificem in proposito, ac simili alio casu, nimirum, vt coniux Christianam Religionem professus, possit cum secunda, vel tertia, vel quarta ad Christum conuersa in matrimonio denuo Canonice, & legitime contracto manere. Id probant, quia vt constat ex Paulo, diuino iure permittitur, vt coniux Ethnicensis transeat ad fidem, possit vxorem Christianam ducere, quando videlicet vxor, quam in Paganismo susceperat, admonita, an velit baptismum suscipere, vel sine iniuria Saluatoris cum viro habitare, vt rumque facere recusat. Ergo si admoneri non potest propter locorum distantiam, & difficultates, & pericula, quæ dixi, poterit Rom. Pont. concedere, ne sit opus tali admonitione, eo quod tametsi ea monitio iure diuino, & naturali necessaria esse videatur, at in proposito casu fieri commode non potest: ac proinde probabiliter interpretari possumus, primam vxorem nolle, vel baptismum suscipere, vel cum viro sine contumelia Creatoris habitare.

Reuera si id aliquando Romani Pontificis auctoritate factum fuerit, standum est eius sententiæ in re tanti ponderis, & momenti. Nauar. *Consl.* 1. numero decimotertio, & trigesimo tertio, de conuersione infidelium facultatem à Pio V. datam dicit locum habere, quando prima vxor fuerit admonita. Ego profecto consilium darem, vt Romanus Pontifex dispensaret in casu, in quo prima vxor, vt dixi, vix, & difficile admoneri potest.

### C A P. III.

*Quid possit Romanus Pontifex in iis, quæ sunt diuini, vel naturalis iuris.*

**A** Nimaduertendum est, olim in veteri lege multa fuisse præcepta diuini iuris, partim moralia, partim iudicialia, partim cæremouialia, vt docet Sanctus Thomas, *prima secunda quæstion. 99. articulo secundo, tertio, quarto, & quinto.* Duo hæc vltima Christi morte sublata sunt, vt est communis sententia, quam habet sanctus Thomas, *prima secunda quæstione 103. artic. 3. & quæst. 104. artic. 3.* quia ad id vsque tempus permansura erant: prima vero, quia erant iuris naturalis, abrogata non sunt, vnde suam adhuc vim habent, non vt mandata Moysi, sed vt iuris naturalis

præcepta. Quare difficultas nulla est, quod ecclesia subari cultum in diei Dominicæ honorem mutauerit.

Deinde, quod non vbique, & semper dies festus à vespera in vesperam colat, ac seruet. Insuper, quod mulier post partum non purgetur secundam veteris legis præceptum. Quod in multis causis, & negociis requiratur testimonium plurimum, quam duorum, vel trium, contra illud veteris legis: *Vt in ore duorum, vel trium testium sit omne verbum.* Quod Circumcisioni Baptisma successerit, & omnibus veteris legis sacrificiis vnum Missæ sacrificium. De his igitur diuini iuris præceptis quæstio non est, sed de iis, quæ constituta sunt, vt in perpetuum seruaentur, vt iuris naturalis præcepta.

In primis, certi iuris est, summi Pontificis auctoritate non posse ius diuinum, aut ex toto, aut ex parte tolli, aut mutari: neque enim inferior potest Superioris mandatum rescindere, aut delere. Solum est quæstio, An Romanus Pontifex ex rationabili, & iusta causa dispensare queat, vt in scholis loquimur, in his, quæ sunt iuris diuini? Et communis est Theologorum, & iuris Canonici Interpretum sententia, posse: tunc enim dispensando ius diuinum non tollit, aut mutat, sed mutando materiam, nempe cedendo Iuri Dei tanquam Christi Vicarius hos, vel illos ab obligatione iuris diuini soluit, & excipit, & hoc ex iustis, & debitis causis, sine quibus ipsa dispensatio non valeret. Vnde Romanus Pontifex aliquos à voti simplici vinculo soluit, *de qua re dixi prima parte, institution. Moral. lib. secundo, cap. primo, quæstione quarta.* Aliquando etiam iurisdictioni vineulum relaxat, hoc est, aliquem à iurisdictioni vinculo soluit, ac liberat, *de qua re dixi parte prima, institut. Moral. libro vndecimo, cap. 9. quæstione tertia, & septima.* Aliquando etiam concedit, vt raro chus, vel episcopus à sua ecclesia ab sit, in qua a fido iure diuino, secundum veram sententiam, vt colligi videtur ex *Concl. Trident. sessione vicesimasertis, cap. primo, de reformat. commorari, & residere compellitur.*

Dubie igitur quæstionis est primo, An possit Romanus Pontifex Religioium professum à solemnibus voto Castitatis, & paupertatis absolueret: *de qua etiam re disputauimus, 1. par. Institut. Moral. lib. 12. cap. 7. quæst. 12. & 3.*

Secundo in dubium quoque vocatur, An possit concedere, vt quis post sacrum Ordinem susceptum, vxorem ducat: nam etsi iuri diuino non repugnet, vt vir matrimonio vinculo obstrictus ad sacros Ordines promoueat: videtur tamen iuri diuino aduersari, vt quis sacris Ordinibus initiatus ad nuptias licite transeat. *De hac etiam quæstione tractauimus 1. par. Institut. Moral. lib. 13. cap. 12. q. 1.*

Tertio, quæstionis idem est, An possit Rom. Pontifex concedere, vt quis communicet in Sacramentis, & diuinis rebus, cum eo, qui maiori excommunicatione ligatus tenetur? quia Christus Dominus ait: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus:* ac proinde videtur esse diuini iuris, vt excommunicatum, in Sacramentis, & diuinis rebus deitemus. Quamuis enim Rom. Pont. possit facere, vt cum excommunicato communicemus in diuinis, absque hoc, quod in excommunicationem incidamus: hæc enim excommunicatio Canonico tantum iure contrahitur, quod potest Romanus Pontifex auctoritate relaxari: at non videtur posse facere Rom. Pontifex, ne peccemus communicantes in diuinis cum excommunicato, quia diuini iuris *ex supra citatis verbis Christi* videtur esse, vt in diuinis à consortio hominum excommunicatorum abstinamus. *De hac quæstione disserui superius lib. 3. c. 48. q. 9.*

Secundo queri solet, An Romanus Pontifex facere queat, vt summus Pontifex cum alio Episcopatu, & non Romano coniunctus sit? De hac quoque quæstione in eodem libro quarto disputauimus *cap. 9. vbi ostendi, iussu Christi Domini summum pontificatum esse in Vrbe Romana constitutum: ac proinde tametsi summus Pontifex possit ab vrbe iustus ex causis abesse, nequit tamen fieri vlla humana auctoritate, vt Rom. Episc. non sit summus ecclesie Pontifex.*



Præterea in quaestione vocatur, An Roman. Pontificis auctoritate fieri queat, ut quis simul habeat duo, vel plura Beneficia, quando unum eorum sufficit ad vitam eius commodè sustentandam. Hanc quaestionem discussi lib. 6. cap. 4. ubi dixi probabiliorē esse sententiam asserentium, naturalis esse iuris ne quis simul plura Beneficia possideat, quando unum eorum sufficit ad honestum, & commodum eius victum: ac proinde, sine iusta, & debita causa non posse secundum conscientiam plura simul Beneficia obtineri etiam Romani Pontificis indulgentia: at dixi iustas causas esse Rom. Pontifex dispensare possit, si quis sit in dignitate constitutus, si apprimè doctus, si nobilitate conspicuus, aut insignis vitæ probitate, ut colligitur ex e. de multa, vers. circa sublimis. de prob. quia & si multitudo Beneficiorum sit iure naturali prohibita, non tamen ita stricte, & presse ius naturale id vetat, ut aliquando iusta causa non subdit oppositum faciendi summi Pontificis auctoritate.

Tertio quaeritur, An Rom. Pontifex dispensare queat, ut matrimonium contrahatur in quibusdam gradibus consanguinitatis, & affinitatis, qui *Leuit. 18.* prohibentur lege diuina? Animaduertendum est. *Leuit. 18.* duodecim, vel tredecim personarum gradus exprimi, in quibus Deus prohibuit matrimonium contrahi. Videlicet. Primo, inter patrem, & filiam, & matrem, & filium, qui est primus gradus in linea ascendentiū, & descendentiū, illis verbis: *Turpitudinem patris tui, & matris tuæ non discoperies.* Secundo, inter uxorem patris, & filium, hoc est, inter nouerçam, siue relictam siue repudiatam à patre dum viuit, & filium eiusdem patris. Tertio, cum sorores, siue ex patre, siue ex matre, quæ domi vel foris est genita, hoc est, quæ genita est ex patre tuo ex alia uxore, vel ex matre tua ex alio viro. Quarto, cum nepte ex filia, vel filio, eodem modo, cum nepote ex filio, vel filia. Quinto, cum filia uxoris patris, hoc est, cum filia nouerçæ. Sexto, cum sorore patris, hoc est, cum amita. Septimo, cum sorore matris, id est, cum matertera. Octauo, cum uxore patris, siue relicta, siue repudiata ab eo dum viuit. Nono, cum nuru, id est, uxore filii, siue ab eo repudiata in vita, siue relicta post mortem. Decimo, cum uxore fratris, nimirum, vel repudiata ab eo, vel cum liberis relicta, post obitum eius. Vndecimo, cum filia uxoris, id est, cum priuigna. Duodecimo cum nepte ex filio vel filia uxoris. Decimotertio, cum sorore uxoris vel repudiata à viro suo, vel relicta cum liberis.

His positis, quaestio est, An omnes prædicti personarum gradus, ita fuerint olim iure diuino prohibiti, ut nunc quoque prohiberi censeantur? Ante Concil. Trident. dæ fuerunt Theologorum sententia, quarum meminisse Mai. 4. d. 40. q. 3. post 3. conclusionem. Vna illæ erat omnes fuisse iure diuino prohibitos, ita ut nunc quoque eadem prohibitio maneat: censebant enim eos gradus naturali iure damnari, ac proinde Romanum Pontificem non posse concedere, ut matrimonia in eiusmodi gradibus contrahantur. Altera sententia fuit non eos omnes gradus iure naturali prohiberi, ac proinde Rom. Pontificis auctoritate fieri posse, ut matrimonia rata, & firma sint in quibusdam ex illis gradibus. Et quamuis prima sententia fuerit olim aliquorum Theologorum, videlicet Palud. in 4. dist. 40. q. 1. art. 3. S. Antonini p. 3. tit. 1. c. 14. ad finem. Silu. in verbo, Papa. q. 17. Maior. in dist. 40. q. 3. Vigerii in suis institutionibus Theolog. c. 17. §. 7. vers. 9. Glossa in e. literis. de restitut. spol. post Concilium tamen Trident. sustineri non potest, quia *Seff. 24. Can. 3. de Sacramento Matrimonii*, sic definitum est: *Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimiuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis eorum dispensare, aut constituere, ut plures impediunt, & dirimant, anathema sit.*

Sed quaestio est, In quibus gradibus *Leuit. 18.* expressis possit Ecclesia, vel Rom. Pontifex dispensare, ut matrimonia contrahantur? Et primo quaeritur, An inter auum, & neptem, & auiam, & nepotem possit cadere talis dispensa-

tio? Caietanus, ut testatur Sorus in quarto. dist. 50. quaest. 1. artic. 3. vers. Hoc de parentibus, & liberis constituto, sentit, in linea ascendentiū, & descendentiū solum iure diuino, & naturali esse prohibitum primum gradum, hoc est, matrimonium inter patrem, & filiam, & matrem, & filium: ac proinde consequens est, ut dicat, posse matrimonium contrahi Ecclesie, vel Papæ dispensatione in secundo gradu, hoc est, inter auum, & neptem, vel auiam, & nepotem. Sed, ut ibi ait Sorus, communis opinio Theologorum, & Canonici iuris interpretum est, huiusmodi secundum gradum esse iure diuino, & naturali prohibitum, nec Ecclesie, vel Papæ dispensatione tale matrimonium contrahi posse.

Secunda quaestio est, An inter fratres, hoc est, inter fratrem, & sororem, Ecclesie, vel Papæ dispensatione possit contrahi matrimonium? Thom. Argentinus in 4. distinct. 4. quaest. 1. art. 4. & Caietanus, teste Sorus in 4. dist. 40. quaest. 1. artic. 4. sentiunt talem gradum non esse naturali, & diuino iure prohibitum: ac proinde Ecclesie, vel Papæ dispensatione inter fratrem, & sororem initum matrimonium valere. Id probant in primis, quod teste August. lib. 15. de ciuit. Dei cap. 16. Barbaris gentibus in more sunt fraterna coniugia, & constat ex historicis, Ægypti reges Ptolemaos, & Persarum Principes consueuisse sorores in uxores ducere. Cambysi Persarum Regi incestas sororis nuptias ambient, & an lex aliqua hoc permitteret, à proceribus interroganti, quidam respondit: Nulla quidem lex apud Persas hoc permittit, sed est altera longè maior, voluntatem Regis, loco legis esse: Herodorus, at si lege naturali talia coniugia damnarentur, vim etiam apud Ethnicos haberent. Deinde filii Adæ, ut Cain, & Seth, cum suis sororibus matrimonium contraxerunt, & Abraham bis aut ter Saram coniugem dixit esse sororem suam. Accedit quod 2. Reg. 13. Thamar fratri suo Amnon incestuosum stuprum cum ea committere tentanti, dixit: *Noli facere filiiciam hanc, quin potius loquero ad Regem, & non negabit me tibi:* quod certe femina non dixisset, si frater: na coniugia fuissent naturali iure damnata.

Communis est sententia Theologorum, & Canonici iuris interpretum, talia matrimonia lege naturali prohiberi, ac proinde Ecclesie, vel Papæ dispensatione permitti non posse. Tales nuptias damnat Augustinus, loco supra citato, damnat Ambrosius lib. 9. epist. 66. quæ est ad Paternum, & Innocent. II. l. c. Gaudemus, de Diuort. dicit, *Ne infidulos, qui in primo gradu contraxisse reperti fuerint, permittantur in matrimonio permoueri, sed illi duntaxat, qui in secundo, vel tertio gradu contraxerint.* Et ut ait Sorus loco citato art. 4. vers. Imo nusquam ab orbis redempto. In Gal. orum annalib. legitur de Comite Arimino, qui summa oponeatus est, ut sororem, quam perditissime amabat, sibi matrimonio iungeret: & ob id obruisse fertur Pontifici amplissima munera, & allato Pontificis dispensationis diplomate, nuptias celebravit: quam rem admiratus Rex, ad Pontificem scripsit, & deprehensum est, Apostolicum Notarium in seipso penitus Pontifice, literas quasi Apostolicas falso scripsisse, & sigillo firmasse, ut testatur *Emilius in vita Ludouici XI. Regis Francorum*, cuius criminis merita pœnas dedit: Et Comiti sororem relinquere recusanti, Rex bellum indixit, & victum patrimonio spoliavit.

Deceptus est Siluester sequutus Angelum in verbo (Papa) quaest. 17. dicens S. Antoninum 3. pars. tit. primo. cap. 11. testari Martinum V. concessisse, ut frater, & soror matrimonio copularentur: non enim id S. Antoninus testatur, sed refert, dispensasse Pontificem, ut quidam matrimonium contraheret cum illa, cuius germanam occultâ fornicatione polluerat.

Argumenta vero oppositæ sententiæ nihil probant. Nam et si fraterna coniugia naturali iure damnentur, ad eo fuerunt quorundam nationum corrupti mores, ut ea saltem inter Principes in quantum permittentur. Magis mirum est, fuisse inter Christianos aliquos Principes ita moribus deprauatis, ut sorores suas sibi matrimonio copulare

tentant:

tentarint: vt Arminiacus Comes. Multo minus facit ad rem, quod obiectum est de filiis Adæ, Cain, & Seth, tunc enim cum nondum esset propagatum genus humanum, licuit fratribus sorores in vxores habere. Nec idem aliquid probat exemplum de Abraham. Sara enim coniux, fuit filia Aran fratris ipsius Abraham, & proinde consobrina, hoc est, neptis ex fratre. Nec obstat, quod Abraham eam dixerit sororem suam; consobrinam enim, fratres dici solent. Dices, non solum dixisse Abrahamum, *vere soror mea est*: sed addidisse: *Filia patris mei, & non matris mea*? Respondeo, hoc dixisse Abrahamum, quia pater suus ex diuersis vxoribus genuerat Aran patrem Sara, & ipsum Abrahamum fratrem Aran. Multo minus ponderis habet exemplum desumptum ex Thamar, illa enim rei atrocitate grauius perturbata dixit: *loquerer ad regem, & non negabit matribi*. Id dixit, vt quomodocumque manus impudici, & nefarii fratris effugeret, aut fortassis Dauidis filia non erat generatione, sed adoptione.

Queres, An etiam iure naturali sit matrimonium prohibitum inter fratrem, & sororem ex altero tantum parente genitos? Clemens Alex. 2. *libr. Strom.* innuere videtur, tale matrimonium iure naturali non prohiberi. Sed certe longe probabilius est, id quoque iure naturali damnari: Sicut iure Ciuili inter fratrem, & sororem nuptiæ prohibentur, siue ex vtroque parente, siue altero tantum procreatos. *Instit. de Nupt. §. Inter eos.*

Tertio quaeritur, An iure naturali prohibitum sit matrimonium inter patruum, vel auunculum, & consobrinam, & inter amitam, seu materteram, & consobrinum. Et sensus quaestionis est, An ita prohibeatur, vt Ecclesia, vel Papæ dispensatione contrahi non possit? *Gloss. in litteras de Res. spol. concedit, dispensatione Ecclesie posse matrimonia constare inter fratruales, id est, inter natum, & natam ex duobus fratribus, non tamen inter patruum, & consobrinam, aut inter materteram, & consobrinum, quia hi, inquit, gradus sunt in Leuit. 18. prohibiti, non illi.* Et Ambros. *libr. 9. Epistol. 66. qua est ad Paternum*, iudicare videtur, naturali iure damnari matrimonium patrum cum consobrina. Conabatur enim ille paternus filium suum cum nepte ex altero filio matrimonio copulare: de quo eum vehementer reprehendit Ambrosius. Communis est sententia apud *Sotium d. 40. q. 1. art. 4. vers. Illis ergo citatis opinionibus*, Rom. Pont. posse dispensare, vt patruus, vel auunculus, cum consobrina matrimonium contrahat. Nam ante legem scriptam Thare Abraham, & Nachor duobus suis filiis nepes, id est, filias primi sui filii Aran matrimonio coniunxit. Accedit, quod *Leuit. 18.* solum expressè prohibetur, ne amita, aut matertera consobrina nubat, non autem, ne patruus, vel auunculus consobrinam ducat: & tamen par est in vtroque ius: ergo non est iuris naturalis prohibitio, sed tantum diuini ad tempus in veteri illo Iudæorum populo positi. Adde his, quod *Innocentius in c. Gaudemus, de diuortis*, aperte dicit: Infideles, qui in secundo gradu contraxerunt, si conuertantur ad Fidem, non esse separandos. Præterea, hoc idem vsu ecclesie comprobatur: Romanus enim Pontifex fertur dispensasse aliquando, vt patruus, vel auunculus, cum consobrina contraheret, hoc est, vt quis in vxorem duceret filiam fratris, vel sororis suæ. Dices: Cur in *Leuit. 18.* prohibetur, ne amita, vel matertera consobrina nubat, non autem ne patruus, vel auunculus ducat consobrinam? Respondet S. Thom. *loco citato*: quia sorores patris aut matris solent in eadem domo cum pueris consobrinis commorari: & ideo si possent contrahere, periculum oriretur incestus: fratres vero patris consueuerunt separatim habitare. Hæc S. Thom. vel meo iudicio, ratio fuit ea, quam reddit *Sot. loco citato*, quod magis est absurdum in oculis omnium, vt consobrinus, qui subditus debet esse amita, vel matertera, illam ducat vxorem, quæ sibi debet esse ratione coniugii subiecta; at vero, si patruus, vel auunculus, vxorem accipiat consobrinam, vtroque iure, nimirum consanguinitatis, & coniugii, eam sibi subiciet. Vnde in sacris litteris Abraham, & alii consobri-

nam vxorem duxisse leguntur, *Iud. 1. & Iosue 15.* Othniel duxit vxorem Axam filiam Fratris sui, non tamen legitur, amitam, vel materteram consobrinam nupsisse. Hinc est, vt rarius concesserit. Rom. Pont. vt matrimonium contraheretur inter amitam vel materteram, & consobrinum, quam inter patruum vel auunculum, & consobrinam. Ad *Glossam vero in cap. litteras de Res. spol.* Respondeo, nullo iuri fundamento: quoniam in eo capite solum Pontifex ait contrahentes in gradibus diuina lege prohibitis non posse in matrimonio permanere. Nominè legis diuinae intelligit Pontifex eam, quæ est diuina simul, & naturalis, cuiusmodi est, quæ prohibet primum gradum, non secundum. Si quidem idem Pontifex *in c. Gaudemus de Diuort.* generaliter ait: Infideles, qui in secundo gradu contraxerunt, non esse separandos.

Ad Ambrosium vero Respondeo, nos non negare aliquam esse turpitudinem contra ius naturale, vt patruus vel auunculus consobrinam ducat vxorem: sed dicimus non esse talem, ac tantam, vt iustus de causis Romani Pontifex auctoritate tolli, aut excusari, & honestari non possit, quod non est dispensare in iure naturali, sed eius obligationem tollere per mutationem materiae.

Quarta quaestio est, de Gradibus affinitatis. An quod in *Leuit. 18.* prohibetur, ne quis possit vxorem ducere relictam à fratre, hoc est, ne qua femina possit matrimonio coniungi duobus fratribus, vni post obitum alterius, sit naturali iure damnatum, ita vt matrimonium constare non possit? Tempore Henrici VIII. regis Angliæ suspensum disputatum est, tum inter Theologos, tum inter Canonici iuris Interpretes, An Romani Pontificis dispensatione possit, vna duobus fratribus nubere, videlicet vni post alterum vita defunctum? Nam Henricus rex contendebat nullius momenti fuisse dispensationem Iulii II. qua concesserat, vt Catharina filia Catholicorum regum Hispaniae Ferdinandi, & Elisabethæ, quæ fuerat matrimonio coniuncta cum Arturo fratre ipsius Henrici, deuo nubere ipsi Henrico: & quamuis nonnulli tunc sanctissimi Pontificis dispensationem cadere non portuissent in eiusmodi matrimonium, quod esset in *Leuitico* diuina lege prohibitum: constans tamen fuit omnium Theologorum, & Iuris Canonici Interpretum, huiusmodi matrimonium fuisse Pontificis auctoritate rite, & legitime contractum. Henricus rex eiusque fautores nitentur auctoritate Paludani in quarto. *dist. 40. quest. 1. artic. 3. est tamen dubium verum, & Maioris in quarto, dist. 40. q. 3.* & *Glossæ in cap. litteras de Res. spoliar.* dicentium Papam, non posse concedere, vt in gradibus *Leuit. 18.* prohibitis matrimonium contrahatur, quia omnes illi gradus sunt iure naturali damnati.

Secundo, quia Ioannes Baptista, vt *Matthæi 14. c. Mar. 6. legitimus*, ob id martyrium passus est, quod Herodem regem, de incesto matrimonio reprehendebat, qui Herodiam fratris sui Philippi relictam acceperat vxorem: quod factum sane Ioannes non tam acriter reprehendisset, nisi tale matrimonium, cui iure natura pugnatè cognouisset.

Tertio, eo quod Innocentius *in c. Gaudemus de diuort.* simpliciter, ait, Infideles, qui in primo gradu contraxerunt, si ad Fidem Christi conuertantur, esse separandos: at hic gradus est inter primos gradus affinitatis. Certe huiusmodi argumenta nihil ponderis, & momenti habent, quia sicut prohibetur, ne qua duobus fratribus nubat, vni post alteram mortuum: sic eodem iure prohibendum est, ne quis duas sorores, vnâ post alteram vita defunctam ducat vxores. Ergo sicut hoc secundum non est tam auctore iure naturali prohibitum, vt nequeat iustus de causis per mutationem materiae auctoritate Pontificia excusari, sic nec primum. Factum igitur Romanorum Pontificum omnino est probandum, quo Iulius II. concessit, vt Catharina nubere cum Henrico fratre sui primi mariti demortui: & Innocent. III. vt habetur *c. de Diuort.* vt quidam Logdunensis duceret vxorem fratris sui defuncti & S. Antonius 3. *part. titul. 1. capit. 21. ad finem* restatur, Martinum V. adhibito Theologorum consilio concessisse, vt quidam contra-

heret cum illa, cuius germanam occulta fornicatione cognouerat & Alexander VI. permittit, vt Emmanuel Rex Portugallie secundam vxorem duceret sororem eius, quam in matrimonio habuerat: quæ ambæ fuerunt filie Catholicorum Regum Hispaniæ, Ferdinandi, & Elisabethæ.

Ad Argumenta vero aduersariorum respondeo: Ad primum, Paludanum, & Maiorem sensisse, omnes gradus *Leuit. 18.* prohibitos, iure quoque naturali esse damnatos, ita vt Pontificia dispensatione in illis gradibus matrimonium contrahi non possit. Sed Paludanus non dixit absolute omnes illos gradus esse iure naturali prohibitos, sed omnes ferè: nam quidam illorum graduum non ita stricto iure naturali prohibentur, vt iustus de causis Ecclesiæ, vel Papæ auctoritate non possit in illis matrimonium concedi, per mutationem materiæ, vt superius dixi. Item Maior aperte fateatur, non esse lege diuina, *Leuit. 18.* prohibitum, relictam fratris nubere alteri fratri, quia si relicta fuerat sine liberis, poterat nubere alteri fratri ad suscitandum semen fratris defuncti: sed relicta fratri cum liberis, aut repudiata à fratre, lege diuina prohibebatur nuptias cum altero fratre contrahere.

Ad secundum respondeo, reprehensum esse Herodem à Ioanne Baptista, quod vxorem sui fratris adhuc viuæ haberet. Sic enim loquitur Matthæi, & Marci intelligit Ecclesia in officio ecclesiastico diei, S. Ioannis Baptistæ decollationi sacri.

Ad tertium, id quod dicit Innocentius in c. *Gaudemus de Diuinitate*, videlicet Infideles, qui in primo gradu contraxerant, si conuertantur ad Christum, separandos esse, locum haberi in his, qui contraxerunt in primo gradu consanguinitatis: nam ipse Innocentius, vt antea dixi, euidam Lugdunensi concessit, vt duceret vxorem fratris sui defuncti. Nec est quod obiicias Bonauenturam, Richardum, Durandum, Scotum, in a. dist. 40. & Innocentium in c. *Literas de rebus*, *foliat. dixit: Leuit. 18.* diuina lege gradus esse prohibitos: illi enim dicunt esse diuina lege interdictos omnes illos gradus, sed diuinam legem appellat iudicalem, non naturalem, & naturalem: sensus eorum est, omnes illos gradus *Leuit. 18.* expressis diuina lege in veteri illo populo prohibitos fuisse, diuina inquam lege iudiciali, quamuis eorum aliqui etiam naturali lege essent damnati.

Quarta questio est, An primus gradus affinitatis inter ascendentes, & descendentes ita sit naturaliter prohibitus, vt in eo etiam Ecclesiæ, vel Papæ auctoritate matrimonium contrahi non possit. Videtur mihi vera sententia Soti, in 4. dist. 41. q. 1. art. 3. *vers. Quæritur ergo, vtrum primus affinitatis gradus*: dicentis Pontificiam dispensationem in illum gradum cadere non posse, videlicet, vt priuignus cum nouerca matrimonio copuletur, vel gener cum locero, vel nurus cum socero, vel vitricus, id est, matris maritis, cum priuigna. Ad hæc autem probandum videtur facere id, quod Paulus ait 1. Corinth. 5. *Quoniam auditur: et vos fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat*: & Ruben, qui cum Bela vxore patris sui Labob se se commiscuerat, *Genes. 35.* acerbam à patre maledictionem audiuit, *Genes. 49.* *Non crescat quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius*, & *Genes. 38.* nurus Iudæ, quia fraude, & dolo, se se socero summisit, si iugium grande commississe dicitur, quamuis id eam ob causam fecerit, quod socerum audierat velle, vt frater mariti, sine liberis defuncti, ipsam sibi matrimonio coniungeret, ad suscitandum semen fratris. Accedit, quod nunquam Ecclesiæ, vel Papa matrimonium in tali gradu concessisse legitur. Nec obstat, si obiicias, apud Perlas *testis August. lib. 4. qq. in Leuit. q. 6.* morem fuisse, vt mortuo patre filius nouercam duceret: & Plutarchum in *uita Demetrii* de Seleuco testari, filio suo Stratoni eam, quam vxorem habuerat, dedisse: & Antonium Caracallum, cum dixisset Iulie nouercæ, *Quisquam te vxorem, si diceret*, & illa respondisset, *si libet, licet. An nescis te Imperatorem esse, & leges dare non accipere*: furor te correptus libidinoso, ad nefariam criminis effectum a-

nimatus nuptias celebrauit incestas. *Spartian. in Caracalla*. Apud Perlas enim mores vigeant corruptissimi, eosque grauius reprehendit Chrysolost. *hom. 26. de Panteo*, & Seleucus ius naturæ nefarie violauit, & Antoninus Caracallus, & alij quidam Romani Imperatores fuerunt spurcissimi. Minus quoque facit ad rem, quod Adonias Davidis filius petijt Abisg Sunamitidem quæ patris sui fuerat vxor: petijt enim, sed nesciens, quid perceret, & repullam passus est.

Quarto quaeritur, An Ecclesiæ, vel Papæ auctoritate concedi queat, vt Eunuchus matrimonio copuletur cum aliqua, quæ id matrimonium minime recuset? *Egi de hac questione p. 1. Instit. Moral. lib. 2. c. 9. in præceptione versu finem.*

Quinto quaeritur, An Rom. Pontif. definire, seu declarare possit hunc, vel illum contractum esse iniurum, vel esse usurarium, v. g. in censibus, in Cambijs, in pigvoribus, in deposito, in mutuo, & alijs similibus contractibus, vel quasi contractibus? *Sot. lib. 6. de iustitia q. 1. art. 6.* cum de Monte pietatis tractasset, & sensisset Mō. em pietatis non esse ab vltura liberum, cognouissetq; Monerem pietatis tanquam licitum Rom. Pont. auctoritate fuisse permissum, imo in Concilio Later. sub Leone X. approbatum, scripsit sic: *Nulla irrogatur iuris in eadem Apostolica sed. si de eadem Moris ratione controuersetur: eo præsertim, quod Papa, & Concilium, in quibus auctoritas summa residet condendi cum Fidei articulo, cum & morum leges non curant saltim statuere ad definiendas tanquam de Fide Philosophia distinctiones, quæ non ex sacra Scriptura, sed ex nuda Phil. sophia eliciuntur: qualis illa est, quæ instituitur ad examinandum, quisnam contractus sit usurarius, quis vero ab hoc crimine liber: hoc enim non ex sacra Scriptura colligitur, unde sacra veritas elicit S. Synodus sed ex media merq; natura verum. Aliud tamenque est prohibere vxorem sub his, aut alijs censuris: quod cum non solum ex morali Philosophia, sed ex sacra Scriptura colligitur, proprium est Apostolicum munus, aliud v. re examinare, quisnam contractus sit usurarius, quod permittit ex sola natura verum perpendi. Hactenus ille ubi multa confundit, & Ecclesiæ, vel Papæ auctoritatem minuit. Quis enim negat, posse Ecclesiæ, vel Romanum Pontificem definire, vel declarare, hunc vel illum contractum esse usurarium? id enim fecerant multi Romani Pontifices, vt constat ex c. *In ciuitate, & c. Nauiganti, de usuria, & ex Const. rationibus Martini V. & Calixti 1. 1. inter Extraneos communi tit. de emp. Item, quis negat, Ecclesiæ, vel Rom. Pontificis esse, interpretari, & declarare, quæ sunt iuris naturalis? & eum vltura sit naturali iure prohibita, cur negat Sotus posse Ecclesiæ, vel Rom. Pontificem definire, vel declarare, hunc, vel illum contractum esse usurarium? Dicit Sotus: *Non vult suis veritates Ecclesiæ, vel Papa, nisi ex sacris litteris, at sacra litteræ nihil dixerunt de hoc, vel illo contractu. Contra est, quod sacra litteræ vxoram damnant, & vlturam dicunt esse, cum ex mutuo lucrum accipitur. His duobus principiis positis, quis negat posse naturæ libertate euidenter cognosce, in hoc, vel illo contractu mutuum inesse, & ex mutuo lucrum? Dicit Sotus, ex mera natura rerum non colligi veritates, aut res Fidei. Quod si Scriptura in commune ponat hæc, aut illa principia, & illis positis, naturalis ratio euidenter præsentat, hunc vel illum contractum, cum illis principijs, vel congruere, vel pugnare?***

Vltimo, Ecclesiæ vel Papa in rebus morum definiendis, vel declarandis errare non potest. Sed ad mores spectat nosse, sit necne usurarius hic contractus, vel ille: ergo certam auctoritatem habet Ecclesiæ definiendi, vel declarandi, vtrum hic, vel ille contractus sit usurarius. Est itaq; Romani Pontificis interpretari, & declarare, quæ sunt ambigua, obscura, diffidilia, & incerta in iure diuino, vel naturali, v. g. explicare, an in aliquo casu liceat alienum accipere, depositum non reddere, innocentem occidere, usurarium lucrum ex toto, vel ex parte remittere, vel in pios vsus conuertere.

## CAP. IV.

## De potestate Romani Pontificis in his, quæ Fidei sunt.

Primo quæritur, An sit Romani Pontificis definire quæ Fidei sunt? Respondeo, cum S. Thoma *secunda secundæ, qu. 1. art. 10.* Ad summum Pontificem pertinere, ea quæ sunt fidei definire, ut ab omnibus inconcussa fide teneantur. Ad eum enim maiores, & difficiliore ecclesiæ quæstiones, & controuersie referuntur, ut habetur in *e. Oppressus 2. q. 6.* Deinde Christus Dominus *Luc. 22.* dixit Petro, quem summum Pontificem constituit: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos:* at Rom. Pontifex est Petri successor, ergo eius est definire, quæ sunt Fidei: Insuper totius ecclesiæ vna debet esse fides, iuxta id quod ait Paulus *1. ad Cor. 1. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata:* quod fieri non posset, nisi quæstio, & controuersia Fidei exorta, definitur auctoritate eius, qui toti ecclesiæ præest, ut eius sententiam ecclesia vniuersa certo, & firmo se quatur assensu. Vnde concludit S. Thom. Rom. Pont. esse nouum Fidei Symbolum edere, interpretari, & declarare.

Secundo quæritur, An possit Romanus Pontifex Symbolo Fidei aliquid addere? Ratio dubitandi est, quia in concilio Ephesino *primo Can. septimo*, id prohibetur: nam perfectio, & recitatio Nicænæ fidei Symbolo, decreuit Sancta Synodus aliam fidem nulli licere profertre, vel confecti, ut componere, præter eam, quæ definita est à Sanctis Patribus in Nicæno Concilio congregatis: & anathematis pœna constituitur in eos, qui aliud Fidei Symbolum ediderint, conuiderint, vel aliquid addiderint, vel detraxerint Symbolo Fidei. *Si episcopus sit*, inquit, *ei episcopatus abrogetur, & si depositus: si clericus, exulat à Clero: si laicus, diuini execrationibus percellatur.* Respondeo, cum Sancto Thoma, *secunda secundæ, quæstione prima, articulo decimo, ad secundum:* In concilio interdictum esse cuiuslibet priuato aliud Fidei Symbolum edere, quia non est priuatorum hominum definire, quæ Fidei sunt. At vero Romanus Pontifex, qui toti ecclesiæ præest, quæuis non possit nouum Fidei Symbolum contrarium Nicæno Symbolo edere, ut tamca, & potestatem habet edendi, nouum Symbolum, explicando, & declarando Symbolum Fidei ante iam constitutum. Et quando concilium prohibet ne aliquid addatur, intelligitur, quod sit contrarium Fidei. Sic enim ait Sanctus Thomas loco citato: *Qualibet Synodus aliquid clarius, & explicatius definit, quæ esset in priori Synodo traditum.* Quare idem S. Doctor eodem *quæsti. art. septimo* ostendit articulos Fidei, quod atinet ad eorum substantiam, additionem non recepisse cursu, & lapsu temporis, sed planitiam, & elatiorem explanationem. Quod enim vno tempore explicite non credebatur, alio subsequenti tempore explicite creditur. ecclesia enim ob nouas hæreses, siue in Fide errores, sententia Fidei explicata tradere consuevit. Et si igitur Romani Pontificis interpretari, explicare, & declarare quæ Fidei sunt, hoc est verum, & certum in rebus Fidei sensum, & intelligentiam tradere.

Tertio quæritur, An possit Romanus Pontifex in rebus Fidei errare. cum aliquid definit tanquam summus totius ecclesiæ Præfectus, & Pastor? Canus *lib. 6. de locis Theologi. cap. 1. ad finem* ait, fuisse Parisiensem Doctorum sententiam, labi, & errare posse. Sic, inquit, *senioris Gerson, Aiminus, Eandem sententiam sequitur, ait, Adrian. in quarto, de Sacramento. Confirmat. quæstione vltima.* Et Waldensis, inquit, *idem videtur sentire lib. 2. doctrinæ fidei antiquæ. cap. 19. tamen in lib. de sacramental. doctrina. decima.* longe aliter sentit. Gratian. quoque *dist. 19. §. hoc autem intelligendum est, eadem opinio videtur assentiri: nec ab hac, ut appareret, alienus est Turresemb. libro quarto, parte secunda, capitulo vigesimo sexto.* quamuis libro secundo, c. 109. §. 11. contrariam sententiam tenuerit, & defenderit: nec ab hac ab-

horret Alphonsus de Castro, *aduersus hæreses. primo capitulo 2. 4. §. 8.* Ex his tamen quæ tradidit Sanctus Thomas *secunda secundæ, quæsti. prima art. 10.* manifesto colligitur, non posse Romanum Pontificem errare, cum in re Fidei definit, Tum quia *Luc. 22.* dixit Dominus: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua:* tum etiam quia definitionem Fidei Romani Pontificis auctoritate positam, tota ecclesiæ sequi debet, ut ait S. Tho. *ibid.* at si Romanus Pontifex res Fidei definiendo posset errare, posset ecclesiæ in credendo labi, & decipi. at ecclesiæ est columna, & fundamentum veritatis. Vnde Nicolaus, ut habetur in *ca. Omnes, distinct. 22.* loquens de Priuilegio ecclesiæ Romanæ diuinitus dato, ait: *Qui autem Romana ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite tradidimus auferri conatur, hic proculdubio in hæresim labitur.* Et est dicendum Hæreticus, fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ est mater Fidei. Et illi contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesiis prætulisse cognoscitur. Et capitulo, *Generali, vigesima quinta quæstione prima* Adrianus Papa: *Generali*, inquit, *decreto censuimus, & constituimus, ut execrandum anathema sit, & velut præcurator Fidei Catholica semper apud Deum reus existat, quicumque Regum, seu episcoporum, vel potentum principum Romanorum Pontificum decretorum censuram in quamquam crediderit, vel permisit violandam.* Et cap. *Præcipue, distinctio duodecima, ex Gregorio Papa recitatur. Præcipue Apostolicis non dicitur superbia resistitur, sed per obedientiam, quæ à Sancta Romana ecclesiæ, & Apostolica auctoritate in se sunt, saluare implentur: Si eiusdem Sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Non enim aliquid a præsentis iussione præcipimus: sed illa, quæ omnium videntur indulta, firmamus, cum nulli dubium sit, quod non solum Pontificis accusatio, sed omnis Sanctæ Romanæ ecclesiæ, & Religionis relatio ad Sedem Apostolicam, quæsi ad caput omnium ecclesiarum debuit referri, & inde normam assumere, vnde sumptis exordium, ut caput institutionis videretur omnibus: cuius auctoritas in sanctionem omnes teneant Sacerdotes, qui noluerint ab Apostolica Petra super quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate conuelli. Si quis hæc Apostolica sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris ipsi hostis non dubitetur. Et in cap. Ita Dominus distinctio decimana. Leo Papa ait: In Beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principaliter suum munus, & potestatem Christus collocauit, ut ab ipso, quasi à quodam capite donatus esset in corpus omne diffunderet, ut exortem intelligeret se diuini ministerij esse, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. & paulo inferius: Verum hæc petra sanctissimam firmitatem, Deo, ut diximus, adificatae constructam, nimis vana impia præsumptione violare, quisquis ausu potestatem tentare fringere.*

Item, in concilio Complutensi Sixti Quarti auctoritate confirmato condemnatus est Petrus Oxomensis, tanquam hæreticus, quod asseruisset ecclesiam Vrbis Romæ in fide errare posse: quem errorem, tanquam hæreticam damnauit idem Sixtus Quartus, in consuetudine aduersus Petrum Oxomensis edita: vnde coactus est ille sententiam suam in hunc modum retractare: *Consensio Sanctæ Matris ecclesiæ Romanæ, & Sedis Apostolicæ, & ore, ac corde confiteor illum me suam tenere, quam Dominus Sixtus Papa auctoritate Apostolica, & Evangelica tenet. Et omnes qui contra hanc fidem venerint, dignos æternæ damnationis promeritis.* Et Martinus Quintus in concilio Constantiensi ad finem sic ait: *Sacro approbante Concilio, mandamus Archiepiscopis, episcopis, &c. ut qui de Sacramento corporis, & sanguinis Domini, & Baptismate, seu peccatorum confessione poenitentia peccatis inuincione, vel reliquis ecclesiæ Sacramentis, seu Fidei articulis aliter sentit, ac docet, quam sacrosancta Romana ecclesiæ docet, & obseruat, eum tanquam hæreticum iudicet.*

Contra hæc, quæ diximus, quidam obijciunt. Primo, Ioannes 22. publice docuit, Sanctorum huiusmodi animas corporibus solutas, & ex hac vita migrantes non videre glorie Deum, vique ad vltimum generalis iudicii diem: & cauit, ne Parisiis honorificum Theologiæ gradum

quis

quicumque conlaqueretur, nisi prius in hanc sententiam iurasset.

Secundum est, tempore Ioannis 22. magnam fuisse in Ecclesia licentiam, & contumaciam inter Ludouicum Bauarum, qui Imperium Romano sibi usurpare summa ope contendit, & inter ipsum Pontificem. Nam Romano- rum Reges duo creati fuerant, quibus ad arma concurrentibus, atrox in Bauaria commissum est praelium, victoriam obtinente Ludouico. Captus est aduersarius Federicus, & in custodia coniectus: quem tandem ea lege Ludouicus dimisit, ne ille in Germania, dum ipse Ludouicus viuere, Romanorum Regis iura, & titulos retineret.

Pontifex Ioannes 22. ex vrbe Auenione per Legatum in Italiam missum praecepit Ludouico, vt Imperij ditione excederet, quod legitimus Imperator, non esset, vt pote a Pontifice Romano nondum confirmatus. Eo responso irritatus Ludouicus, Vicecomitibus Medioianensibus sententia excommunicationis obstrictis, auxilium, inuito Pontifice, praestitit. Quod agere ferens Pontifex, Auenione in publico Consistorio anno sal. 1323. 8. Ides Octobris, eum Anathemate percussit, quod munus Imperatorum, antequam id sibi ecclesia concessisset, praeter Canones, & iura exercuisset, trimum mensium spatium ei assignauit, quo Imperij iura deponeret, & coram Pontifice adesset, causam dicturus, quod Haereticis ecclesiae hostibus fuisset. Ludouicus a Pontifice ad Generale Concilium provocauit.

Pontifex renouatis censuris, Crucem contra illum: praedicare iussit, Crucem signatis indulgentias concessit: ipsum Ludouicum Imperij titulis, & Ducatu Bauariae tanquam ecclesiae hostem, Haereticum, & Haereticorum fauorem priuauit. Ludouicus, habito Getmanorum procerum Conuentu, Pontificis censuras publice neglexit, asserens, eum non esse legitimum Pontificem, & ideo ad Concilium Generale Romae celebrandum, & ad verum Christi Vicarium futurum appellauit. Hunc factum est, vt ipse Ludouicus Bauarus Simoniae, & aliorum criminum, & triginta sex haereticum notam salto Ioanni Papae obiecerit: quare omnis ecclesia turbata marime est, alijs Ludouico Imperatori fauentibus, & Ioannem 22. Haereticum esse proclamantibus: alijs Ioanni Papae adherentibus, ac patrocinantibus. Ioannes Papa Auenione eam quaestionem mouit: An Sanctorum hominum animae ex hoc saeculo Deum peisefice anteresurrectionem corporum videant? quod ipse negare videbatur, affirmans eas non nisi post generale iudicium Deum clare visuras, & de damnatorum hominum poenis disputabat, asserens eorum supplicia ante generale iudicium imperfecta esse, post vero futura esse longe atrociora.

Hanc sententiam multis rationibus, & Sanctorum patrum testimonij comprobare nitentur. Sed ea sententia tanquam omnino falsa, & errorem in fide continens, a maiori Cardinalium, ac Theologorum parte damnabatur.

Ob eam rem ipse omnibus Theologis praecepit, vt quid de ea sentirent, diligenter inquirerent, sibi que indicarent, affirmans se nihil nisi disputandi gratia dicere, aut dixisse, & nihil adhuc se de ea quaestione definitur ex verbis tamen ipsius intelligebatur, eum sentire, Sanctos homines in caelo Deum clare non certere ante vltimum Iudicij diem: de qua re a Francia, & Sicilia Regibus benigne admonitus est, vt ab ea quaestione desisteret, quod minus Pontificem non esset, quaestiones suspectas, aut alienas a Fide Catholica mouere, sed veras definire, haereticas, & falsa dogmata condemnare. Tantorum Regum monitis laeti Cardinales, Pontifici suadebant, vt eam quaestionem omnino dimitteret: quae nihilominus cum vixit Ioannes 22. agitata est. Tandem cum aegrotaret, & morti vicinum se esse cognosceret conuocatis Car-

dinalibus, suam sententiam reuocauit, ne cum haereticis suspitione moreretur, affirmans beatorum hominum animas corporibus solutas Deum clare intueri, & se tum quidquid de hac sententia, tum de alijs disputando dixisset, Ecclesiae, suorum iucessorum iudicio, ac definitioni relinquere.

Haec est vera historiae narratio de praedicta Ioannis 22. sententia: qui nihil vnquam definiuit quidquid dixit, disputando dixit, & in morte se ecclesiae, & successorum iudicio, & sententiae submisit: Caetera Ludouicus Bauarus, & qui eius partes sectabantur, falso in vulgus sparsisse dicuntur.

Secundo obijcitur: Caes. III. definiuit matrimonium dissolui, cum alter conjugum in haesim labitur, vel ad Gentilium errorem transt. Nam Innoc. III. in c. *Quanto de Diuor.* ait, sic sensisse praedecessorem suum: vbi Glossa, & Host. dicunt fuisse Caes. III. & eius decretalem Epistolam olim fuisse contentam in corpore iuris, *Tit. De Conuersione Infidelium.* Respondeo nihil vnquam de ea re Caes. III. definiisse. Nam Inno. III. verba sic habent. *Licet quidam praedecessor noster se fuisse aliter videntur, sensisse dixit, non definiisse.* Et ipse Inno. III. ait, *si vero aliter fidelium conjugum, vel labatur in haesim, vel transeat ad Gentilitatis errorem, non credimus, quod in hoc casu is, qui relinquitur, viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare.* Si obijcias: Epistolam decretalem Caes. III. vbi testantur Glossa & Host. fuisse olim in scriptis in corpore iuris. *Tit. De conuersione Infidelium.* Respondeo, nihil hoc argumento probari: nec enim consequens est, si aliquid in corpore iuris continetur, vt eo ipso sit a Pontifice definitum: multa enim in corpore iuris habentur, quae Pontifices non definiunt, sed dicunt suam sententiam tantummodo referentes.

Tertio obijcitur: Alexander III. in c. *Licet, de Sponsa daturum* ait, quosdam suos praedecessores iudicasse, si post matrimonium per verba praesentis temporis contractum, nondum tamen consummatum, secundum matrimonium contrahatur & consummetur, primum dirimi, secundum valere. At enim haec sententia, sine dubio in fide, & moribus errorem continet manifestum. Respondeo Alexandrum III. in c. *Licet*, citatum, non dicere, suos quosdam praedecessores definiisse, sed iudicasse: & iudicare, idem est quod sentire, non definire.

Quarto obijcitur: Nicolaus ad consulta Bulgarorum *ut habeatur in cap. A quodam Iudaeo, De consecratione, distinct. 4.* definiit, si in nomine Christi al. quis baptizetur, non debere iterum baptizari. Quod est dicere, Baptismum in nomine Christi ministratum, ratum esse, ac firmum. At Pelagius Papa in *Epist. ad Gaudentium Episcopum, ut referunt in ca. Mulet. & ca. Si reuera, de consecratione distinctione quarta, & Zacharias Papa cap. In synodo de consecratione distinctione quarta*, contrarium omnino definiunt: ergo aut Nicolaus, aut Pelagius, & Zacharias errarunt. duo enim contraria vera esse non possunt. Respondeo, Nicolaum respondisse ad quaestionem sibi propositam. An baptizatus a Pagano, vel Iudaeo, verum Baptismi Sacramentum suscepisset, vere baptizatum fuisse, si in nomine Christi baptizatus fuit baptismo Christi. Non igitur definiuit, valere baptismum nomine Christi datum, sed ratum esse baptismum, siue a Pagano, siue a Iudaeo collatum; dummodis Pagano, vel Iudaeo baptizauerit baptismo Christi, non baptismo Ioannis, vel alicuius alterius. Et id eo rationem reddidit Nicolaus, *Quia baptismus, inquit, non est illorum, qui baptizant, sed Christi, cuius auctoritate institutus est Baptismus, & cuius virtutem habet.*

Dices, Ibi Nicolaus sic ait: *Hi profecto si in nomine Sanctiss. Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actis Apostolorum legitur, baptizati sunt (vnum quippe idemque est, ut Sanctus Ambrosius exponit) rebaptizari non debent.* Ego significat Nicolaus, Baptismum valere, si in nomine Christi tantum detur; quod probat auctoritate Ambro-

si: at Sanctus Ambrosius sensit baptismum posse conferri solum in nomine Christi. Respondeo, in primis, quod Nicolaus ait, vere baptizatos esse, qui in nomine Sanctæ Trinitatis baptisma susceperunt, nomine Sanctæ Trinitatis intelligi, ut recte Glossa annotavit, nomen trium personarum diuinarum expressum. Quod vero dixit, (vel tantum nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legitur) significat baptismum valere virtute Christi datum, sicut valebat, cum Apostoli baptizabant in nomine Christi, hoc est, cum conferebant baptismum Christi auctoritate institutum, & eius virtute vim habentem.

Quinto obijcitur: Alexander III. cap. Cum esset, de Testamento. definit: alienum esse, & à generali Ecclesiæ consuetudine, & à diuina Lege, & Sanctorum Patrum institutis, ut testamenta nisi quinque, vel septem testium fuerint subscriptione firmata, penitus rescindantur. Sed civilis lex, quæ septem, vel plurium testium subscriptionem requirit, est vsu, & consuetudine recepta: ergo falsus est Alexander III. cum dixit, hanc diuinæ legi contrariam, quæ reuera contraria non est, cum sit generali consuetudine comprobata. Respondeo, nihil esse difficultatis in hoc argumento diluendo, quoniam solum significat legem humanam in testamentis plures, quam duos, vel tres testes postulantem esse contrariam diuinæ legi, nimirum veteri Iudiciali, quæ ait: In ore duorum, vel trium testium sit omne verbum: quam legem Iudicalem, quamuis morte Christi sublata, voluit Innocentius III. in locis temporalibus Ecclesiæ iurisdictioni subiectis seruari in testamentis.

Quod autem dixit, alienum esse à Patrum institutis, ut plures testes, quam duo, vel tres in testamentis requirantur, intelligi, esse alienum à iure Canonico, & Generali Ecclesiæ consuetudine, quæ in testamentis Clericorum vel Ecclesiarum, & piarum causarum gratia factis, duorum, vel trium subscriptione contenta est.

Sexto obijcitur: Innocentius I. in Epistola ad Rufum, & Eugenium, cap. 1. sic ait: Qui viduus acceperunt uxores, ad summum Sacerdotium agnosimus peruenisse: quod contra legem esse præcepta, nullus ignorat; cum Moyses clamitet, uxorem virginem Sacerdos accipiat. Contra quod præceptum, diuina auctoritate subnixum, nulla defensione opponitur, nisi vestra consuetudo, quæ ex ignorantia profecta est. In cuius verbis videtur error inesse, quoniam veterem legem Christi morte abrogatam, dicit esse modo seruandam, nec contra eam defensionem ullam esse opponendam. Respondeo, Romanos Pontifices aliquas diuinas leges ad veterem Hebraeorum populum diuinitus las, voluisse etiam nunc in Ecclesia seruari, non quod vim ullam post Christi mortem haberent, sed quod essent vitales in Ecclesia, sicut olim in vetere populo. Sunt enim leges Iudiciales ad bonam Reipublicæ administrationem commodæ, atque salutares.

Septimo Innocentius III. in cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi, cum quandam legem Deuteronomij retulisset. Sane, inquit, cum Deuteronomium, secunda lex, interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi decernitur, in nouo Testamento debeat obseruari. at in Fide error est dicere, veteris legis decreta Iudicialia, debere in Evangelica Christi Ecclesia custodiri. Respondeo, Quemadmodum dixi in responsione ad quintum argumentum, voluisse Pontifices, ut Iudiciales aliquot veteris Synagoga leges in ecclesia seruari, non quod non essent abolitæ Christi morte, sed quod vitales quoque esse illæ viderentur, ad Christiani populi gubernationem. Vnde cum Innocentius III. ait: Ex vi vocabuli (Deuteronomij) comprobatur, ut quod ibi decernitur, in nouo Testamento debeat obseruari: significat obseruari non debere ex vi veteris legis, sed vi præcepti denuo in Ecclesia iure Canonico constituti, quia Ecclesia voluit aliquas veteres leges tanquam vitales, & commodas renouare.

Otauo obijcitur: Gregorius II. in Epistola ad Bonifacium Archiepiscopum, ut refertur in cap. Quod proposuisti. 32. quaestione septima, sic ait: Quod proposuisti: Si mulier infirmi-

tate correpta non valuerit viro debitum reddere, quod eius facias complexus coniugalis? Bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentia vacaret: Sed quia hoc magnam est, ille, qui non poterit se continere, nubat: non tamen ei subsidij opem subtrahas, quem infirmus prope dit, non detestabilis culpa excidat. Vbi Gratianus dixit, hanc Gregorij sententiam sacris Canonibus, imo Evangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ penitus inueniri aduersam. Nam vir ab uxore, quæ per infirmitatem reddere debitum non potest, secundum Evangelium, discedere nequit, & ad secundas nuptias tranfite. Respondeo, Gratianum in hac re fuisse deceptum, quod putauerit prædictum Gregorij decretum, locum habere in uxore, quæ post matrimonium contractum infirmitate correpta, viro suo debitum reddere non potuit; cum tamen, ut recte Glossa annotat, in cap. De libellis, dist. 20. Gregorius locutus fuerit de ea, quæ ante matrimonium, per infirmitatem inepta erat, & inhabilis ad copulam coniugalem, quæ in Schola Theologorum, & iuris Canonici Interpretum dici solet arcta. hoc enim modo locutus est etiam Gregorius I. in Epistola ad Augustinum Anglorum Episcopum, & refertur in cap. Requisisti 33. quaest. 1. ubi ait: Requisisti de is, qui ob causam frigida natura dicunt, se non posse inuicem operam carni dantes commiseri: iste vero non potest ea vi pro uxore, habeat eam quasi sororem, & tunc quæ ibi leg.

Nono obijcitur: Nicolaus III. in Extrau. Exitus qui seminat, de verbo signis. definit, Abdicationem rerum omnium tum in speciali, tum in communi Christum Dominum verbo, & exemplo docuisse: at Ioan. 22. in Extrau. Cum inter nonnullos eod. tit. decernit esse errorem in Fide dicere, Christum Dominum nihil vnquam proprium habuisse; cum in Evangelio legamus eum loculos habuisse. Quo modo horum duorum Pontificum Constitutiones intelligantur, & concordent, ita ut nihil falsi, vel contrarij contineant, late explicauit in 1. p. Institutionum Moralium lib. 12. c. 24. q. 12.

Decimo obijcitur: Gelasius I. Libellum scripsit contra Eutychem, & Nestorium, de veritate duarum naturarum in vna Christi diuina persona, in quo libro docet, in venerabili altaris Sacramento, facta etiam consecratione, panis & vini substantiam manere. Hoc argumentum obijciunt Lutherani, Ecolampadius, Buccerus, & Caluista, cum suo duce Caluino. Sed vt multis probat Canus de locis Theolog. lib. 6. cap. 7. in responsione ad 9. argu. Libet ille falso tribuitur Gelasio Pontifici: quamquam quinque libros scripsisse legitur Gelasius de duabus in Christo naturis contra Eutychem, & Nestorium, sed non librum illum, vt falso putant Hæretici. Nec nouum est, Pontificum Romanorum nomine adulterinos, & supposititios euulgari. Nam in Synodo 7. Generali A. 5. Iconomachi duos libellos prodiderunt nomine Vigilij Romani Pontificis, sed falso.

Vndecimo obijcitur: Romani Pontifices, vt Gelasius in Conc. 7. o. Episcoporum, quod refertur in cap. Quamuis dist. 21. & Anacletus, ut habetur in cap. Sacrosancta dist. 22. probant Romanam Ecclesiam cæteris esse prælatam in Evangelica voce Domini: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: quod quidem falsum est, quod enim Pastor post Petrum à Christo in Ecclesia successus, potestatem Petri ordinariam habeat, & cætera priuilegia Petro concessa, ex Evangelio habetur: quod vero ille, qui mortuo Petro successit, fuerit Romanus Episcopus, è re gesta colligitur, nimirum, quia Petrus in Vrbe decessit, nã si semper Antiochiæ sedisset, vt cepit sine dubio Episcopus Antiochen. ei legitime in summo Pontificatu successisset.

In hoc argumento diluendo, Canus de locis Theolog. lib. 6. cap. 7. in responsione ad 10. argu. multa dicit. Sed breuiter dicendum est, iussu Christi Petrum Apostolum sedem suam, ex vrbe Antiochia Romam transfuisse, & in Vrbe martyrium passum fuisse, ac proinde, ut ostendi superius lib. 4. iure diuino, hoc est, præcepto Christi Domini, & non solum factò Petri, Episcopus Romanus in sum-

mo Pontificatu successit. Quare verissime multi Romani Pontifices dixerunt, Romanam Ecclesiam esse ceteris prelatam illa voce Domini Saluatoris. *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* nam Christus, qui dixit id, precepit Petro, ut Romam se conferret, in ea mortem Crucis passurus.

## CAP. XV.

*Nonnulli Romani Pontifices liberantur à nota hæresis, quæ illis impingitur.*

Capite superiori disputatum à me est, An Romanus Pontifex, cum res Fidei, tanquam summus ecclesiæ pastor definit, possit errare? Nunc breuiter agam, An Rom. Pontifex, ut priuata quædam persona est, in fide labi, & decipi queat?

Primo queritur, An vnquam vlli Romanorum Pontificum in Fide errauerint? Obijcitur primo loco Marcellinus, qui blanditijs, & promissionibus allecctus ab Imperatore Maximiano, duo grana thuris Dijs obtulit; perducus est in templum Vestæ, & Idis: & cum nihil illi carnifices vrgerent, ut thura Dijs adoleret, pœnarum atrocitate perterritus, thus super prunas imposuit; comitabantur Pontificem Vrbanus, Castorius, & Iuuenalis presbyteri. Caius, & Innocentius Diaconi: qui vbi Marcellinum ingredientem in fanum viderunt nondum tamen thus offerentem, eo deserto, ad collegas redierunt, rem tanquam gestam referentes. Interim multi Christiani delabrum ingressi, exploraturi, quid ibi fieret, Marcellinum thus adolentem conspexerunt. Qui tanti sceleris testes interfuerunt, numerantur septuaginta duo. Reuersus ad se Marcellinus, agnouit, & plauit delictum suum. Ea de re Synodus centum octoginta episcoporum, Presbyterorum triginta, & Diaconorum trium, Sinuæse congregata est. Ad quam Marcellinus venit, cilicio indutus, cinere super caput asperso, lachrymis profusus, admitti sceleris grauitatem palam confessus est, nullus eorum in eum sententiam ferre ausus est: sed dixerunt omnes ea ferme ratione Petrum peccasse, ac sendo, peccati sui pœnam huius. Vna voce eundem clamauerunt: *Tuo ore iudica causam tuam, non nostram: quoniam ex te iustificaberis: aut ex ore tuo condemnaberis: prima namque Scd. à nemine iudicabitur.* Extant hæc i. *Tomo Conciliorum.* Augustinus de *uenio Baptismo contra Petilianum* cap. 16. Et lib. 2. contra *istortas Petilianus.* cap. 92. negat Marcellinum thus adoleuisse. Euseb. lib. 5. cap. 26. Marcellini lapsum non narrat, sed tantum martyrium. Theodoretus lib. 11. capite 3. dicit Marcellinum magna gloria in Diocletiano, & Maximiniano persecutione nobilitatum fuisse. Sed de Marcellini lapsu sententia, quamvis Eusebio, & alijs comperita non fuerit, communi tamē Auctorum consensione creditur, & in antiquis Martyrologijs, etiam Romano habetur, & absque vlla controuersia in Breuiario Romano recipitur, & Epistola Nicolai Papæ ad Michaelem Imperatorem Constantinopolitanum confirmatur. vnde ab ea recedendum non est. Certe Marcellinus Pontifex Pontificatum renouit, nullo alio in eius locum successore: idem pro Pontifice se gessit, & in Pontificatu martyrij palmam consecutus est. Eius peccatum, contra Fidei confessionem fuit, quia Dijs thus adoleuit.

Secundo loco de Liberio Papa dicendum est. In primis Constantius Arrianus Imperator, Romam Eusebium Eunuchum misit, cum muneribus & literis comminatiois ad Liberium Papam, hortatus eum, ut sententia Arrianorum episcoporum, contra Athanasium prolata subseriberet, & cum Arrianis communicaret. Pontifex munera repudiavit: Eunuchus Eusebius in S. Petri Basilicam ea intulit: quod ut rescivit Liberius Papa, dona è Basilica depulit, quare Constantius iratus, ad Præfectum Urbis scripsit, ut Liberium dolo captum in castra ad se transferret. Tractus Liberius ad Imperatorem, cum eo collo-

quium habuit magna vsus dicendi libertate. In exilium missus est vsque Beroeam Thraciæ urbem. postea Constantius Imperator, rogantibus Legatis ab episcopis Occidentalibus ad eum missis, ab exilio Liberium reuocauit, quod & antea fuerat pollicitus matronis, & plebi Romanæ. Liberius vero antequam renocaretur ab exilio, blanditijs primum & illecebris delinitus, deinde minis perterritus, tandem tædio exilij, & desiderio suam sedem repetendi, Arrianorum postulatus consensus, videlicet cum Arrianis communicauit, sententiam damnationis in Athanasium ratam habuit. Hæc ita gesta esse, Athanasius in *Epistola ad Solitarium*, & Hilarius in *Epist. ad Constantium*, & Hieronymus de *Scriptoribus ecclesiasticis in Nouato* testatur, & ipse Liberius *tribus Epistolis ad Orientales* scriptis idem profiteatur. Non tamen ob id censendus est hæreticus, etiam si communicauerit cum illis, quorum communionem antea exhorruerat; in fide Catholica permansit, ut testantur Theodoretus lib. 2. cap. 22. Basilii *Epist. 74.* Athanasius *oratione 1. contra Arrianos.* Epiphani *hæresi 75.* Socrates lib. 4. c. 11. Sozome. lib. 1. c. 18. Et lib. 4. ca. 17.

Tertio loco est Felix, dictus II. de quo sic habet vera historia: Liberio in exilium missis, Felix Romanæ ecclesiæ archidiaconus, procurantibus Arrianis, & præsertim Achatio Arrianorum Principe, in locum Liberij successus est. Qui cum viuentem Liberio delectus sit, non potuit esse legitimus Rom. Pont. fuit igitur delectus Goepiscopus quasi Liberij Papæ Vicarius. Et ut testantur Hieronymus de *Scripto. ecclesiasticis in Achatio*, & Theodor. lib. 2. c. 10. Sozome. lib. 4. c. 10. Rufin. lib. 1. c. 22. Orthodoxus fuit, non Arrianus, sed in Athanasij damnatione ab episcopis Arrianis facta consensus, & cum Arrianis libere communicauit. Tempore Pontificatus Gregorij XIII. cum è Martyrologio expungere Felicem nonnulli contenderent, quod Schismaticus contra Liberium legitimam Pontificem sedisset, veluti diuino miraculo factum est, ut cum in Diaconia Sanctorum Martyrum, Cosmæ & Damiani, quæ est in foro iuxta templum, quod dicitur Pacis, constituta, quidam clam altare vnum à dextris positum suffoderent, ut thesaurum inuenirent, quod acceperant ibi esse positum. in marmoream arcam incidere, in qua reliquæ Sanctorum Martyrum, Marcij, Marcellini, & Tranquillini continebantur. in altero vero Arce latere corpus S. Felicis, vna cum lapideo laterculo ibidem intus positum, & hæc litteris intercepto: (CORPVS SANCTI FELICIS PAPAE, ET MARTYRIS, QUI DAMNAVIT CONSTANTIVM.) quod accidit pridie eius diei, quo eundem S. Felicis in ecclesia Natalis dies agi consuevit. 4. Kal. August. Anno Dom. M. D. LXXXII. fuit igitur Felix martyr, sed non legitimus Pontifex.

Quarto loco est Innocentius I. quem calumniatur Zozimus Historicus Paganus, quod opinioni suæ, ut ait ille, Urbis publicam salutem anteponebat; exsecranda Deorum sacra clam permittere fieri: sed reuera calumnia est Zozimi Ethnici Scriptoris in Sanctissimum Pontificem: nam ut scribit Sozomenus: Tufci quidam à Præfecto Urbis Ethonico homine acciti sunt, qui se falsi iugibus, & conituis, & Deorum sacrificijs barbaros, ab obsidione Urbis arcere posse gloriabantur: qui frustra laborarunt Præfecti Urbis consensu, vtrei euentus declarauit. Quinto loco est Anast. II. de quo in libro de Romanis Pontificibus, hæc habentur. *Tempore Anastasij Papa multi Clerici, & Presbyteri se à communionem ipsius retraxerunt, eo quod communicasset sine consilio episcoporum vel Presbyterorum, vel Cleri sancta ecclesiæ Catholica, Diacono Thebalonicensi nomine Photio, qui communionis erat Achatij, & quia occulte voluit reuocare Achatium, & non potuit; nuu diuino percussus est.* De eodem eadem habet Gracianus in cap. Anastasius. *distin. 19.* Gracianum secuti sunt Martinus Polonus, & Platina, & alij antiquiores Scriptores. Platinam vero Sabellicus, Volateran. & alij recentiores. Albertus Pighius defendit ab huiusmodi calumnia Anastasium, eo quod, ut testantur & Euagrius lib. 3. c. 18. & Nicephorus lib. 16.

cap. 12. Anastasius Bibliothecarius in *Chronologia*. Achatius tempore Felicis III. decessit. Felici successit Gelafius: Gelafio Anastasius II. ergo non potuit Anastasius tractare, reuocando Achatio, qui iam obierat. nisi dicas Achatio defuncto voluisse Anastasium eum reuocare. id est, eius memoriam inter Catholicos referre.

Vnum est certum, Gratianum deceptum fuisse, dum dicit Anastasium contra decreta antecessorum, & successorum suorum approbasse Sacramenta ab Hæreticis collata. Errauit Gratianus, putans Hæreticorum Sacramenta esse irrita, & inania: sed non errauit Anastasius, dicens ordinatos ab Hæreticis vere Sacramentum ordinis recepisse, quamuis non ordinis executionem functione, & vsu.

Sexto loco procedit, Honorius I. Huius in *vulgatis codicibus sexta Synodi Generalis* impingitur hæresis Monothelitarum, quod sentierit in Christo, vnam tantum esse voluntatem, non duas. Orientales, quod in Oriente falsum rumor esset sparsus, quod Honorius Papa cum Monothelitis sentiret, & crederet, Pontifici Synodo prædictam hæresim impergerunt. Vnde in 6. Synodo Generali, ter, aut quater inter Monothelitas hæreticos recensetur. Sed constat, eam hæresim ab hoc Pontifice esse damnatam. hoc probat Maximus Monachus Græcus, qui sub Martino Papa vixit: cuius extant in Bibliotheca Palatina Epistolæ Græcæ, & Dialogus contra Pyrrhum Patriarcham Constantinopolitanum Hæreticum Monothelitam. hunc eundem Pontificem semper fuisse Catholicum confirmat Emmanuel Græcus, qui paulo post Lugdunense Conciliū sub Gregorio X. anno Dom. 1274. celebratum, librū pro Latinis contra Græcorum errores conscripsit. Item vulgata 6. Synodi exemplaria à Græcis fuisse corrupta in ijs locis, in quibus Honorius, tanquam Hæreticus Monothelita damnatur. Docet Anastasius Bibliothecarius, ex Theophane Iauto, Græco Historiæ ecclesiæ Scriptore, in Historia sua Latina quam ex eodem Theophane, Nicephoro, & Georgio Abbate composuit. Vnde Adrianus Papa in 7. Synodo Generali. *Act. 7. ait: Licet Honorio ab Orientalibus post mortem sit Anathema dictum, sciendum tamen est, quod fuerat de hæresi accusatus. Sic ille.*

Septimo loco veniunt Formosus, & Stephanus VI. Platina Mattinum Polonum secutus refert, mortuo Formoso Papa Bonifacium VI. successisse, & Bonifacio Stephanum eo nomine VI. quem tanta rabie in Formosum decessisse dicit, vt habito Concilio episcoporum, è tumulo tractum, Pontificali habitu spoliatum, indutumque seculari, sepultura Laicorum mandauerit, abscissis dexterae eius duobus digitis, quibus in consecratione Sacerdotes vruntur, & in Tyberim proiectis. Sed rem gestam ex certis monumentis affirmat Baronius *Tomo 10. Annal. Anno Domini 897.* Fabulosa sunt hæc, quæ narrat Martinus, & Platina, quos secuti postea sunt: S. Antonius, Sabellicus, Volaterranus, Sigonius, & alij recentiores. Fabulosum quoque est, quod idem Platina scribit in vita Ioannis X. censuisse in Concilio episcoporum Romæ habito Stephanum VI. iterum ordinandos esse, quos Formosus Papa ad Ordines promouerat: non enim id censuit Stephanus, quamuis ordinatos per Formosum ab vsu, & exercitio ordinum remouerat. Non igitur quod Platina dicit, factum esse ab eo Pontifice existimandum est, vt merito notauit Onuphrius Panuinus, hæc omnia, quæ narrantur à Platina, fuisse fabulosa.

Octauo loco venit Syluester II. de quo fabulam narrat Platina ex Martino Polono eum malis artibus Pontificatum esse adeptum: primum Monachum fuisse: & relicto Monasterio, Diabolo se totum tradidisse: postea Hispaniam in ciuitatem bonarum artium addiscendarum causa adisse: tandem summum Pontificem creatum esse, & cum Diabolo se fecerat fuisse, quamdiu in Pontificatu victurus esset, respondisse humani generis hostem ambigue, vt solet: *Diu vives, si non attingeris Hierusalē.* Quo responso lætatur Syluester, longe suam vitæ finem esse suspicatus est. Dum autem semel per Quadragesimam in

Basilica S. Crucis in Hierusalem celebraret, exstruxit Dæmonum diem sui obitus immutare sensit. Quæ eum mirans in genuit: & poenitentia motus, suum errorem publice confessus est. Dicitur Pontifex hic fuisse magus, & magicis artibus Pontificatum adeptus. Fabulosa sunt hæc, & risu digna. Fuit hic Pontifex vir bonus, & Astionensis, & Geometriæ peritus: *vir fuit Syluester II. ait Aimonius li. 5. c. 46.* & Gulielmus Bibliothecarius in vita eulæ Syluestri, *doctissimus Mathematicus. & Philosophus egregius. Monachus ex Floriacensi cenobio: propter insignem doctrinam, primus Archiepiscopus Rheimensis: Deinde ab Otthone I. Imperatore Archiepiscopus Rauennas. demum Papa creatus.* Sic illi. Vnde quæ tempore imperium vulgus Magos, & Nectomachos vocabant, si qui essent Philosophi, & Mathematici, tactum est, vt hic Pontifex Magus esse putaretur.

Secundo quaeritur, an Rom. Pontifex, vt priuata quædam persona est, in Fide possit errare: Alibi Pighius *li. 4. tit. Hierar. ca. 8.* multis docere contendit, errare non posse, hanc sententiam Canus *de locis Theol. li. 6. ca. 26. in responsione ad 11. argum.* dicit esse nouā in ecclesia. & certe singularis est: nec verisimile videtur, vt Christus Dominus Papam tanquam priuatam personam in Fide confirmauerit. Nam Romani Pontificis in Fide sententiam Ecclesia sequi debet, quando eam definit tanquam caput, Præfatus, & Pastor totius Ecclesiæ: omnes enim suum Pastorem sequuntur, & membra à suo capite diriguntur: non autem Ecclesia priuato Papæ sentit, vel intelligentia gubernatur: ergo Romanus Pontifex quatenus est totius Ecclesiæ Pastor, & caput, iuxta Christi Domini promissionem, in Fide confirmatur, ne erret. Item, vt fratres suos ipse tanquam Christi Vicarius, & summus ecclesiæ Pastor in fide confirmet. Item, ut constat ex *ca. Si Papa. dist. 40.* ille vnus calus est, in quo omnes Pastorem suum iudicare possunt, scilicet, cum fuerit Hæreticus, & in Synodo s. Romana 218. ep. s. opor. sic habetur: *A multis antecessoribus nostris Synodali decreto, atq; firmatum est, ut omnes Pastorem suum nec reprehendere, nisi à Fide exorbitauerit, præsumant.* Anacleus Ep. 13. Pastor, inquit, Ecclesia si à Fide exorbitauerit, orit à fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quam diu iudicandus, quia Rectores ecclesiæ à Domino sunt iudicandi. Item docet Eusebius Papa ad episcopos Ægypti, *U referunt ca. Ouis 2. g. 7.* Adrianus *Act. 7.* in 8. Synodo Generali, *De Romano*, inquit, *Pontifice quomquam iudicasse non legitur.* Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quod fuerat de hæresi accusatus, propter quam solum licitum est minoribus, maiorum suorum moribus resistere. Accedit, quod sicut aliud est in Petro, quod spectat ad priuatam hominis excellentiam, aliud quod pertinet ad communem ecclesiæ utilitatem: quod Petrus Christi se esse discipulum negauerit, hominis erat: quod confirmaret fratres suos in fide, ipsius erat tanquam in ecclesia capitis: sic et quod Rom. Pontifex erret in Fide, priuati hominis est, non capitis ecclesiæ: est Papa hæres privilegiorum, quæ data sunt Petro, tanquam capiti ecclesiæ, non eorum, quæ fuerunt Petri, tanquam hominis. Fides Romani Pontificis interior, non est ecclesiæ necessaria, nec illius oculus, & priuatus mentis error in Fide ecclesiæ Christi nocere potest. Quare non est necesse, vt in interioris fidei consecratione Romanis Pontificibus Deus semper assistat: ac quod dum ea decernit, quæ fidelibus credenda sunt, dumque ecclesiā Christi in Fide dirigit, non deficiat, sed diuina manu teneatur, ne errent, id ecclesiæ bonum est: ac proinde Romanis Pontificibus alias, etiam priuatim imbecillis, & errantibus in fide, commune privilegium negandum non est, ne videlicet per publicæ potestatis errorem, ecclesiam faciant in communi Fidei errore versari.

Duo possunt obijci. Vnum est, si Papa tanquam priuatus homo Hæreticus esse potest: ergo eo ipso, quod labitur in Hæresim, desinit esse caput Ecclesiæ, Superiori libro tractauimus questionem, an Papa hæreticus sit iure diuino, Pontificiæ iurisdictionis potestate priuatus, an



vero potius sententia ecclesie ab officio, & potestate, & iurisdictione amouendus? Alterum est, quia prope miraculum videtur esse, vt Papa tanquam priuatus homo sit hæreticus, & non definiat, & decernat esse tenendum, id quod ipse credit. Respondo, mirum non esse, quia Deus Romanis Pontificibus afflitit ne errent in rebus Fidei definiendis: quia definiunt: non vt homines, sed vt Christi Vicarij, & summi Ecclesie Præfæcti: atque ipsi, vt priuati homines sunt, Deus non afflitit ex lege, & promissione certa, ergo possunt priuati errare, non tamen, vt communi capitis officio funguntur.

Tertio quaeritur, Anne in rebus Fidei, vel morum definiendis Papa erret, opus sit, vt debitam diligentiam adhibeat: controuersia, siue causa fidei, aut morum discutienda? *Canus lib. 5. de locis Theologicis cap. 5. in 3. questione, & Bannes 2. q. 1. ar. 10. post quinque proprietates Ecclesie dub. 2. in responsione ad 4.* sententiæ id opus esse: quia Romanus Pontifex non est scriptor Canonicus, cui proximè Spiritus sanctus res fidei reuelabat, sed adhibito consilio, & discussione præmissa. Item, quia nunquam legimus Pontificem Romanum quidquam de fide, aut moribus statuisse, nisi consilio peritorum hominum præcedente, & consultatione, & examinatione præmissa. Contra alij sentiunt, peccare quidem contra prudentiam Papam, si consilium, & diligentiam non adhibeat, nihilominus si absque consilio vilo, & diligentia rem fidei, aut morum definiat, Spiritum sanctum sibi assistentem peculiariter habere, ne labatur. & erret: aiunt enim S. Petro, & eius successori Papæ, factam esse diuinitus promissionem, ne in his definiendis erret: quare ipsi Deus afflitit, ne in definiendo labatur. Hanc promissionem, & hoc priuilegium à Christo, non hominibus habet: quapropter consilio Cardinalium, vel aliorum Doctorum hominum ex necessitate non indiget, ne erret. est tamen prudentia, & rectæ rationi consentanea, vt Cardinalium, & aliorum consilium adhibeat, remque examinandam & discutendam diligenter curet. Si obijciat, promissio facta est à Christo, ne desiceret, sed videtur esse facta ea conditione, & lege, vt alios adflicat: ergo si id non fecerit, non habebit Deum assistentem sibi: Respondent, simpliciter, & absolute Christum dixisse, *Ego rogavi pro te Petro: ne desicias fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres: & iustus: Quisquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in caelis: & quicquid solueris super terram, erit solutum, & in caelis.* Ergo si definiat, habet ex lege, & promissione simpliciter, & absolute Deum assistentem sibi.

Prudenter, inquirunt, & bene non faciet Romanus Pontifex, si definiat: absque vlla diligentia, & consilio: at in definitione labi, & errare non poterit. Quidquid sit, siue primam, siue secundam sententiam sequamur, dicere debemus, Spiritum sanctum non permiturum vnquam, vt Papa quidquam de fide, & moribus desinat, sine consilio, & diligentia debita: qui promissit se ei præsentem assensurum, ne erraret in fide: promissit quoque intelligitur, se ei daturum omnia necessaria ad definiendum res fidei.

Quarto quaeritur, An fide diuina, an vero tantum humana credamus, hunc vel illum, qui modo ecclesie vniuersæ præest, summum esse Pontificem Petri successorem, & Christi Vicarium in terris: Ratio dubitandi ex vna parte est, quia si id fide tantum humana credimus, falli possumus: siert enim potest, vt talis non sit, quod si falli possumus, non erit certum & firmum, quod definit, & declarat in Fide. Ex altera parte viget argumentum quia veritas huius propositionis: Hic vel ille, qui nunc in ecclesia præfedit, est summus Pontifex B. Petri successor, & Christi Vicarius: pender ex hac propositione: Hic vel ille est tunc, & legitime electus in Pontificem Romanum, at veritas huius propositionis solum humana fide constat, qua credimus esse Canonice, & legitime electum. Bannes sentit fide tantum humana nos credere, hunc vel illum esse summum Pontificem Petri successorem, & Christi Domini Vicarium. Sic enim ait ille *secunda secunda quest.*

*1. ar. 10. post quinque proprietates Ecclesie dub. 2. vers. Quaeritur: Ad argumentum possumus respondere quarto, quod etiam post summi Pontificis & Concilij definitionem, solum habetur ex humana prudentia, & eadem inquisitione, aut etiam ex infusa prudentia, cui potest subesse falsum speculatiue, quod hic est summus Pontifex, & quod hoc est Concilium rite congregatum. Nihilominus ipsa Propositio sic definita habenda est certa secundum fidem, vt quando aliquis prædicator fidem prædicat apud Barbaros, ipsi Barbari possunt credere, ex fide infusa Euangelium, & tamen non assentiunt ex fide infusa, quod ille prædicator errare non potest, sed per bonas coniecturas indicant, quod ille prædicator non fallit, nec fallitur in illa prædicatione. Hæc ille.*

Profecto hæc sententia minus probabilis mihi videtur, quam opposita. Nam si humana tantum fide credimus hunc, vel illum esse summum Pontificem: ergo falli possumus, hoc est, fieri potest, vt non sit summus Pontifex: at si summus Pontifex non est, certum, & firmum esse non potest, quod in Fide, & moribus definit. Item, hic Pontifex non se habet, vt is, qui Barbaris Dei verbum annuntiat: nam hic Pontifex creditur in Ecclesia esse iudex, & interpretes Dei in definiendis rebus Fidei, & proinde eius iudicium in Fide & moribus falsum esse non potest: is vero, qui Barbaris Dei verbum promulgat, non est certus iudex, & interpretes rerum Fidei: nam fieri potest, vt pro dogmate Fidei, falsum proponat & tradat.

*Canus lib. 6. de locis Theologicis cap. 8. ad decimum argumentum, vers. Sed & postremo, in simili alio exemplo videtur docere, fide diuina certum non esse, hunc, vel illum esse summum Pontificem: quia etiam fide diuina creditur id, quod ex vna propositione, diuina fide certa, & altera certa euidenti lumine naturali bona argumentatione colligitur, non tamen illud, quod conficitur ex vna propositione diuina fide credita, & altera sola fide humana nota, quia in credendo hæc ratiocinatione vitium: Quicumque Canonice, & legitime electus in summum Pontificem Romanum, est B. Petri successor, & Christi Vicarius: Sed hic, vel ille, qui modo totius Ecclesie Primum tenet, est ita electus: ergo est B. Petri successor, & Christi Vicarius: Prima propositio diuina fide creditur, sed secunda tantum humana fide est certa: ergo conclusio fide humana constat, non diuina quia conclusio semper sequitur debiliorem partem. Accedit idem, quod fieri potest, vt qui creditur in Romanum Pontificem, summi Pontificatus capax non sit: vt si sit iure naturali, aut diuino profus inhabilis ad summum Pontificatum, vt pote qui baptizatus non sit, aut femina, non vir fuerit.*

Alij secundum Bannem dicunt: Hic vel ille, qui modo totius Ecclesie Principatum tenet, si alioquin in fide, vel moribus definiat, declarat, eo ipso definit, vel declarat, se esse summum Pontificem: quia quod definit, certum in fide, vel moribus esse non potest, quin simul definitum sit ipsam esse summum Pontificem. Vnde postquam definiat, fide diuina creditur esse summus Pontifex, non ante. Sed certe videtur, definitionem certam non esse fide diuina, nisi prius credamus fide diuina eum esse summum Pontificem.

Alij porro sentiunt, certam Fidei definitionem, auctoritate summi Pontificis factam, non pendere ex veritate huius propositionis: Hic, vel ille est summus Pontifex: sed ex veritate huius: Hic vel ille in tota Ecclesia habetur pro vero summo Pontifice. Sed enim eadem difficultas adhuc manet, quia humana tantum fide credere videmur, hunc vel illum haberi pro vero Pontifice Romano.

Caietanus *secunda secunda, questione prima, versiculo, In Responsione ad quartum, sic ait:* [Nam manifeste adoramus summum Pontificem absolute, & alios Episcopos. Et tamen, secundum istorum timorem sub conditione essent venerandi: quia quis scit, si iste fuit baptizatus, & si ille, qui baptizauit, habuit intentionem conferendi baptismum.] Videtur significare, non esse certum, hunc esse summum Pontificem, quia fieri potest, vt baptizatus non sit.

Turrecremata in *sum. de Ecclesia. lib. 4. part. 2. cap. 8. versic. Octavum genus*, censet hanc propositionem: Hic, vel ille, qui modo totam Ecclesiam gubernat, non est summus Pontifex, Petri successor, & Christi Vicarius in terris, non continere quidem hæresim, sed sapere. Nam si is qui ita dicit, & credit, hoc credit, quia non purat eum, qui est rite, & Canonice electus in summum Pontificem, esse Petri successorem, tunc hæreticus est, quia negat id, quod est fide divina certum. Si vero id crediderit, quia non existimat hunc vel illum esse Canonice, & legitime electum, tunc est suspectus de hæresi, & hæresim sapit, quia cum fide humana constet omnibus hunc esse legitime electum, non videtur hoc negare, sed illud: Qui est legitime electus summus Pontifex, is est Petri successor, & Christi Vicarius: at hoc qui negat, hæreticus est.

In hac controversia in primis dicendum existimo: is, qui dixerit, hunc vel illum, qui nunc Petri sedem tenet, non esse summum Pontificem, & Christi Vicarium, ut minimum esse temerarium, & scandalum dare, ac offendere credentium & piorum aures: nam illud dicit, quod est contra id, quod omnes generatim dicunt, credunt, & docent.

Deinde, meo iudicio, fide divina credimus, hunc vel illum qui nunc clavum Ecclesie tenet, esse vere, & proprie summum Pontificem, Petri successorem, & Christi Vicarium in terris. Quod probatur in primis, quia tota Ecclesia credit, docet ac tenet hunc esse talem: ergo si fide humana tantum crederet, falli posset in re tam gravi. Accedit, quod non videtur credibile, fide divina non credere nos. Pontifices qui B. Petro hætenus successerunt, fuisse vere summos Pontifices, & B. Petri successores: Ac proinde error magnus fuisset, & is error esset Ecclesie, quæ credit, & credidit hætenus semper tot Pontifices fuisse vere Petri successores. Deinde, definitio Fidei Papæ auctoritate facta, tandem resolvitur in auctoritatem Papæ tanquam certi iudicis in definiendis, & declarandis rebus Fidei: ergo tale iudicium Papæ, est fide divina certum ac firmum: At si solum humana fide crederemus, hunc vel illum esse summum Pontificem, non posset eius iudicium in rebus Fidei esse fide divina certum ac verum. Adde, cum hic, vel ille Pontifex aliquid in Fide, & moribus definit, vel declarat, eo ipso obligat totam ecclesiam ad id fide divina credendum: at si fide divina certum non esset, eum esse summum Pontificem, obligaretur ecclesia ad credendum fide divina, iudicium & sententiam huius Pontificis, de quo solum constat fide humana, esse B. Petri successorem.

Ad argumenta opposita sententiæ respondeo, nos credere fide divina, hunc vel illum esse summum Pontificem quia talis esse credit, & tenet universalis Ecclesia. Et cum dicitur: Fieri potest, ut non sit rite, & legitime electus, utpote inhabilis iure naturali & divino ad summum Pontificatum: Respondeo, Spiritum sanctum Ecclesie assistere, & nunquam permissurum, neque permisisse, ut inhabilis ad summum pontificatum eligeretur, eligaturve, quin prius ostendat, & declaret eum esse inhabilem. Quare si baptizatus non fuerit, aut non fuerit vir, divinæ est providentiæ, declarare prius, & aperire & ostendere Ecclesie, eum non esse baptizatum, aut virum.

Dices, Qui vitas & gesta Pontificum scripserunt, testantur Ioannem VIII. fuisse feminam. Respondeo, id esse fabulosum, ut multis, & magnis argumentis probavit Onuphrius apud Platinam. Dices itidem; si fide divina creditur, hunc esse summum Pontificem: ergo fide divina certum est, eum esse baptizatum. Respondeo, solum sequi; si baptizatus non esset, Spiritum S. qui assistit ecclesie, nequaquam permissurum fuisse, ut is summus Pontifex crearetur. Deinde, in credendo hunc vel illum esse summum Pontificem, non solum innititur ea rationatione: Qui legitime est electus, is est summus Pontifex, sed hic est legitime electus, ergo est summus Pontifex: sed innititur testimonio divino per fidem divinam dicente, hunc esse summum Pontificem: credimus autem, id Deum

dicere, quia credimus Ecclesie id definiti: credimus vero, Ecclesiam id docere, & tenere; quia credimus ipsi summo Pontifici tanquam Iudici, & Interpreti rerum Fidei quippe qui cum aliquid in fide, & moribus definit, & declarat, univèrsam ecclesiam obligat ad credendum fide divina, eum esse summum Pontificem.

Contra hæc quæ diximus, nihil facere videtur, quod accidisse narrat, qui vitas Romanorum Pontificum scripserunt, nimirum, Stephanum huius nominis VI. post mortem Formosi Papæ, irrita fecisse, quæcunque Formosus in Pontificatu gesserat. eo quod Stephanus diceret, Formosum non fuisse verum Pontificem. Contra alij Pontifices, Bonifacius VI. Romanus, Theodorus II. Ioannes IX. & Benedictus V. rata habuerunt, quæ acta fuerant à Formoso Papa: Nam meo iudicio, sicut fabulosa sunt alia multa, quæ Stephanus contra Formosum fecisse perhibetur, sic etiam fabulosum existimo, quod Stephanus omnia acta Formosi resciderit, perinde ac si Formosus vere Papa non fuisset: fortassis ea irrita fecit, quod animo, & voluntate aliena fuerit semper à Formoso.

## CAP. VI.

## De Romani Pontificis potestate, in hominibus Sanctorum numero adscribendis.

Primo quaeritur, An solius Romani Pontificis sit, homines in Sanctorum numerum referre? Ceteri iuris est, id solius esse Romani Pontificis c. 1. de Reliqu. & venerat. Sancto. dicit Alexander III. Illi ergo non præsunt nisi de cetero colere: quin etiam si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro Sancto absque auctoritate Romana Ecclesie venerari. Obijciens id quod habetur in c. Pronuntiandum De Consecratione distinctione tertia, illas festivitates servandas esse, quas singuli EPISCOPUS in suis episcopatibus, cum populo collaudaverint: ergo episcopi, cum suis Clericis in suis diocesisbus possunt aliquos Sanctorum numero adscribere, & eisdies festos dicere. Bernard. in eo capite dicit: Episcopus, cum suis Clericis, quantum ad suam diocesim, potest Sanctum canonizare. Sed hoc pugnat cum Decreto supradicto Alexandri III. unde Gloffa, & Hostiensis in c. 2. de Reliqu. & venerat. Sancti. & Ioan. Andreas in c. 1. eodem tit. in c. 6. & ceteri in c. Pronuntiandum, dicunt, posse episcopum dies festos sacrare Sanctis hominibus, nimirum his, qui auctoritate Apost. in album Sanctorum sunt antea relati: & si dies eorum festi non vbiq; colantur à populo, potest Episcopus cum suis Clericis statueret, ut deinceps in sua diocesi talium Sanctorum dies festi publice, & solemniter celebrentur. Caroli Magni Imperatoris, tanquam Sancti dies Anniversarius festus celebratur in Ecclesia Aquiligranensi, in qua sepultus est. Canonici illius Ecclesie aiunt se id facere auctoritate Paschalis papæ: crediderim, eo nomine II. qui ad id faciendum, dicitur diploma Pontificum concessisse. Hostie. & Ioan. Andreas in cap. 1. de Reliqu. aiunt eam ecclesiam id facere, Romanis Pontificibus id tolerantibus.

Secundo quaeritur, Quo tempore Romani Pontifices ceperint Confessores referre inter Sanctos? In primis apud S. Bernardum post vitam eius, extant quatuor Epistolæ Alexandri III. an. 1164. una ad Prælatos Ecclesie Gallicanæ: altera ad Ludovicum regem Francorum: tertia ad omnes Abbates Ordinis Cisterciensis: quarta ad Abbatem, & Conventum Monachorum Claravallensium: In quibus Epistolis pontifex docet, quomodo in Sanctorum numerum S. Bernardum, Cisterciensis Ordinis & Instituti parentem ipse retulerit.

In Annotationibus ad Martyrologium Romanum, pridie Nonas Novembris, dicitur: Relatus est inter Sanctos Emericus S. Stephano Rege Hungarorum eius patre à Benedicto eius nominis VII. qui vulgo dicitur est IX. Creatus est

autem Benedictus hic Pontifex anno 1032. Item teste Francisco Tarafa, Canonico Barcinonensi lib. de Regibus Hispanie tempore Alphonsi II. qui Casti cognomen habuit, floruit S. Attilianus episcopus Zamorensis: qui vita sanctus adscriptus est numero Sanctorum ab Urbano I. I. qui sedem Petri tenebat anno Domini 1088. In Martyrologio Romano die quinta Octob. ita legitur: Eodem die S. Attiliani Episcopi Zamorensis, quem Urbanus I. in Sanctorum numerum retulit.

S. Wolfgangus episcopus Ratifponensis, adscriptus est numero Sanctorum à Leone IX. ut ait Aeneas Silvius.

Leo vero IX. sedebat in Cathedra Petri Anno 1049. Obijt S. Wolfgangus anno 994. ut refertur Lambertus in Chronico.

S. Otto episcopus Bambergensis, qui conuertit Polonos ad Christi fidem, relatus est inter Sanctos à Cælestino I. Anno 1139. In Synodo Lateranensi, teste Silbio. Sed in Chronico Bambergensi dicitur id factum esse à Clemente III.

S. Hugo episcopus Gratianopolitanus, qui multis annis in solitudine vitam egerat, repositus est in numero Sanctorum ab Innocentio II. ut habetur in Annotationibus ad Martyrologium Romanum, prima die Aprilis. tenebat Sedem Petri Innocentius Secundus anno 1130.

Apud Saurum Tom. 2. diei Martij post vitam, & acta S. Swithberti episcopi Vverdensis, extat epistola Ludgeri ad episcopum Traiectensem, quam ad verbum hoc loco ponam, ut Lector intelligat quo modo ab antiquo tempore Romani Pontifices, Confessores inter Sanctos reponere solebant, & cerimoniam confueverunt, que in capitulo non sic habet. Anno Dominice Incarnationis septingentesimo nonagesimo sexto Indict. 4. defuncto Hadriano Papa S. Leo illius nomen in I. Leoncorditer à Cardinalibus in Papam electus, consecratur in ecclesia S. Petri à venerabili patre Bernardo Hostiensis Archiepiscopo, & à ceteris episcopis, qui postea anno Dominus Septingentesimo nonagesimo nono Indict. 7. dum in Etania Maiori in festo S. Marci Evangeliste ab ecclesia Lateranensi, ad ecclesiam S. Laurentij, egregij martyris stipatus, ut iudeus, multo Clero processionem haberet; ecce, per insidias venientis praei Romani, qui in processione eum utripsum oculis priuauerunt, & lingua. Qui cum se miserabiliter proprio in sanguine taceret, à Deo Anglico ministerio sanitati restitutus, ad Carolum Regem properat, qui ipsum suam industria in Romanam Sedem restituens, & ante se pramittens subsquebatur, anno scilicet octingentesimo, ad Urbem Romanam, cum magno exercitu ibij, cum suis Principibus exisset, in festo Natalis Domini ab eodem Sancto Papa in Imperatorem Romanorum inuitus coronatur, acclamantibus Romanis Imperatoris laudes. Post cuius decessum ab Vrbe Roma, ad Germaniam, & Galliam idem S. Leo Papa anno Dominice Incarnationis octingentesimo tertio, cum magna solemnitate suorum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum & Pralatorum, ac Primatum ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniens, & ab eodem Imperatore Imperialiter, cum suis susceptus, inter multa pietatis sua opera, instantia eiusdem Serenissimi Imperatoris, & Regis, Aquisgranum in Palatio dedicauit ecclesiam perpetuae Virginis Mariae, donans eandem ecclesiam multis indulgentijs. Deinde humiliter petitione, & instantia Venerabilis Gerbaldi episcopi Leodiensis consecrauit ecclesiam Gloriosa Virginis Mariae tam in Tuongris quam in Vifato, & S. Martimum, quem in Capitolio consecrauit, & multa alia Monasteria, & Altaria, & Capellis per Alemanniam, & Galliam consecrauit, ubique multas indulgentias conferendo. Tandem deuota instantia gloriosissimi Imperatoris Caroli, & venerabilis Patris Idebaldi, Archiepiscopi Colonienfis, venit à Colonia, idem Sanctus Papa nauigio Vverdum, stipatus Imperatoria potestate, & sacro Choro Sanctorum Cardinalium, & Archiepiscoporum, & quatuordecim procerum comitatu. Cui occurrerunt usque ad Rbenum deuoti fratres Conuentus Sancti Swithberti processionaliter, cum incolis eiusdem oppidi Vverda, introducentes eum, cum Imperatore, & ceteris in ecclesiam Sancti Swithberti multum

deuote, & honeste. Et illo die quo intravit, ieiunauerunt incolae Vverdenses, cum toto Conuentu, auctoritate Apostolica.

Altero vero die, qui fuit pridie nonas Septembris, omnes tam Papa Sanctus Leo, quam Carolus Imperator & alij conuenientes in Ecclesiam, statim celebrante solemniter summam Missam Felice Idebaldus Colonienfis Archiepiscopo, & Sanctissima vita ipsius, cum innumeris miraculis conscripta per Venerabilem Presbyterum Marcellinum Socinum, & conterraneum ipsius Sancti ibidem lectus; Papa S. Leo de assensu pariter, & consensu suorum Cardinalium, ceterorumque Pralatorum illis coram astantium solemniter Catalogo Sanctorum Confessorum adscripsit. Quo facto, palata Campana per aliquot horas ad honorem Dei, & gloriam ipsius Sancti cum per dulcia modula minima laudum fratres deuotissime Deo rependissent gratias, cantando humiliter hymnum, Te Deum laudamus. Et cum reliqua, sine ossa ipsius ex monumento, in presentia Sanctissimi Apostoli Leonis, & Caroli Imperatoris, ceterorumque; per praefatum Archiepiscopum Coloniensem tollerentur deuote, maxima dulcissimi odoris eidem loco calidis effusa est fragrantia: cuius suauitas omnium ora, & corda astantium reficiebat, ita ut nullus ambigeret adesse Angelorum choros.

Facta sunt hac pridie nonas Septembris, presentibus ibidem Victoriosissimo Carolo semper Augusto Romanorum Imperatore, & Francorum Rege, venerabilibusque patribus Cardinalibus, & Archiepiscopis Bernardo Hostiensis, & Fortunato Trauerorum, Theodoro Sabinenfis, & Nicolao tituli S. Crucis in Hierusalem, Eustachio Sanctae Praxedis, Bonifacio Tituli SS. Marcellini, & Petri, Presbyteris Cardinalibus, Gerbaldus Leodiensis, Volquino Vormiensium episcopus, & praesertim Felice Idebaldus Colonienfis Archiepiscopo, cuius industria, & pia instantia S. Leo Vverdum nauigauit, & S. Swithbertum in Sanctorum numero repositus, cum multis alijs Pralatis, & proceribus.

Statuit insuper Sanctiss. Papa Leo illum diem Canonizationis, & exaltationis S. Swithberti egregij episcopi, perpetuis temporibus per totum oppidum à sanctis indolis Vverda celebrandum ob honorem S. Swithberti Apostolici Episcopi. Oculis autem idem Sanctus Papa eidem Ecclesia speciales indulgentias cunctis fidelibus celebrantibus festum S. Swithberti Episcopi, & ad diuina conuenientibus. Item, idem Papa contulit paruum aurum Crucem, referentem particula Sanctae Crucis Domini nostri Iesu Christi: imperator vero Carolus obtulit duos aureos calices ex auro puro, & totidem ampullas eiusdem auri, cum multis alijs ecclesiarum Cleodij pretiosis, ut dum diuinum mysterium in Vverdensi Conuentu perageretur, tum eiusdem ipsius Imperatoris iugis fieret memoria. Obtulerunt praeterea omnes à maiori usque ad minorem, iuxta deuotionem, & inspirationem Spiritus, & pro facultate, ut fieret solennis capsula, & pretiosum feretrum, in quo collocarentur sacrosancta ossa S. Swithberti Episcopi, ad laudem, & gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui uiuit, & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, per infinita saeculorum saecula. Amen. Haec tenus Ludgerus Episcopus.

Ex his intelligitur, ab antiquo tempore consueuisse Romanos Pontifices, solempni quodam ritu, & caeremonia numero Sanctorum Confessores adscribere: quamuis post Alexandri III. saeculum multo solempniori caeremonia plures fuerint inter Sanctos relati Romanorum Pontificum auctoritate.

Queres, quomodo veteres & antiqui Patres, ut Siluester, Innocentius I. Leo I. Gregorius I. cognomento Magnus, Damasus, Caelestinus, Leo II. Benedictus II. Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Hilarius, Martinus Turonensis, Gregorius itidem Turonen, Remigius, Nicolaus Myrae Episcopus, Paulinus, Leander, Ildorus, Fulgentius Astigitanus, & Fulgentius Ruspensis Episcopus, Ildofonus, & plerique alij antiquiores, vel aequales fuerint inter Sanctos relati? Respondeo, eos post felicem obitum cepisse coli, & celebrari communi episcoporum, Clericorum & Laicorum consensu: Accessit autem Ecclesiae Romanae expressa, vel tacita quaedam auctoritas, qua ipsi dies anniuersarios festos Clerus ex sui Episcopi assensu dicauit, altaria erexit, templa aedificauit

ipsorum nomine, & laudes, ac officia diuina eis perfoluenda cura uir: denique sacrificia Milliarum Deo offerre in ipsorum laudem, & honorem constituit.

Quarto queritur, Quod & qui ex sacris litteris habeantur ut Sancti? Respondeo, Mar. 6. Mors S. Ioannis Baptistae, ut pretiosa coram Domino, referretur. Apocalypsis 2. dicitur: *Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud uos, ubi Satanas habitat.* Act. 7. habetur tanquam insigne & illustre Sancti Stephani Diaconi martyrium. Act. 12. Herodes rex occidit Iacobum, fratrem Ioannis gladio. Apud Paulum ad Heb. 11. recensentur, ut iusti, & sancti, Abel, Henoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob; *Luxta filium*, inquit Paulus, *defuncti sunt omnes isti.* Postea dicit, *in fide Ioseph moriens. deinde: Moyses maiores diuitias estimans t. h. sauro Aegyp-tiorum, i. improprium Christi, aspiciat in remunerationem.* Inferius: *Deficit, ait, me tempus enarrantem de Gidon, Barach, Samson, Iepthoe, Dauid, Samuel. & Prophetis, qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re-promissiones. ecclesiastici 44. laudantur, tanquam iusti, & gloriosi Enoch, Noe, Abraham, Isaac, & Iacob, cap. 45. Moy-ses, Aaron, Phinees. cap. 46. Iosue, Caleb, Samuel. cap. 47. Dauid Rex, Nahum propheta. c. 48. Elias, Eliseus, Ezechias Rex, Ieremias, Ezechiel, & duodecim prophetae, Zorobabel. Iesus filius Iosedech, Neemias, Enoch iterum, Seth, Sem, Ioseph. ca. 50. Simon Oniz filius. 2. Machab. cap. 5. referretur tanquam gloriola mors Eleazari uiniis exprimoribus Scribarum. & ca. 7. eiusdem libri. martyrium septem fratrum, matris eorum. Sap. 10. dicitur: *Hec (nimirum Sapientia) illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit. & eduxit illum de delicto suo, & dedit illi uirtutem continentiam omnia.* Iacob. 5. dicitur: *Patientiam Iob audistis, & c. Ezech. 14. legimus: Et si fuerint tres uiri isti, in medio eius Noe, Daniel, & Iob ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: ex quibus locis constat Iob, & Daniele pro sanctis hominibus haberi.**

Quinto queritur, An Rom. Pontifex possit errare in hominibus numero Sanctorum adscribendis? Teste Siluestro in uerbo, Canonizatio, Ioannes de Neapoli oriundus Quodlib. 10. asseuerat Hæreticum esse, asserere, posse Romanum Pontificem errare, quia Hæreticus, inquit, est, qui affirmat in rebus fidei, & morum definiendis posse Romanum Pontificem labi, & errare: sed referre aliquem inter Sanctos, est res, quæ ad mores pertinet: eo enim ipso quod Rom. Pontifex auctoritate Apostolica aliquem numero Sanctorum adscribit, proponit illum toti Ecclesie tanquam bona, & sanctæ uitæ, ac morum exemplar, ergo si in hoc erraret, tota quoque Ecclesia laboraret. Glossa in c. 1. De reliq. & venerat. Sancto. in sexto in uerbo, Sedes Apostolica sic ait: *Et si ecclesia in Canonizatione Sanctorum erraret (quod non est credendum, licet accidere possit ex ca. Anobis, secundo, de Senten. excom.) nihilominus preces in honorem talis acceptæ, & gratæ sunt: per fidem enim Christi omnia purgantur. ca. Vestra, De Cohabit. Clerico. & mulie. Et esto quod ueritas Canonizationis deficiat, non deficit fides, in ca. Debitum, de Baptismo, & ca. 2. & 3. De Presbytero non baptizato. Sic ibi. Idem uidetur sentire Augustinus Triumphus Depotesta. Eccles. q. 14. ar. 4. ubi concludit: *Quantumcumque ergo Papa non uere approbaret Canonizandum, uel approbando aliquem Sanctum, ex quo fideliter, & uere approbat secundum informationem sibi factam, non errat. Canonizatione Sanctorum uidetur de hac re obscure, & ambigue loqui.**

Dicendum est, cum S. Thoma Quodlibet. 9. q. 7. ar. 16. ubi ait: *Quia tamen honor quem Sanctis exhibemus, quædam profectio fidei est, quæ Sanctorum gloriam credimus, pie credendum est, quod nec etiam in his iudicium Ecclesie errare possit. Idem dicit S. Anton. par. 3. tit. 12. c. 8. §. 2. Siluest. uerb. Canonizatio. q. 3. Armilla, in eod. uerbo.*

Obijcies: Cum ecclesia Romana aliquem numero Sanctorum adscribit, utitur testimonijs hominum, qui de uita, sanctitate, & miraculis eius sententiam dicunt: at homines suis testimonijs, & fallere, & falli possunt. Re-

spondeo in hunc modum: cum Romanus Pontifex auctoritate Apostolica, definit aliquem inter Sanctos habendum, errare non potest, quia eius definitio non innititur testimonijs hominum, sed diuinæ promissioni, quæ Christus pro Petro rogauit, ne deficeret fides eius, & quidquid ligaret, uel solueret in terris, esset ligatum, & solutum in cælis.

Dices: Demus falsâ esse testimonia hominû, ut esse possunt, non enim assistit Deus illis, ne in testando errent: ergo errabit quoque Pontifex. Respondeo, Deum quidem non assistere hominibus de uitæ sanctitate, & miraculis attestantibus, sed assistere Romano Pontifici ne in definiendo erret. Quare ut demus hominum testimonia esse falsa. Deus Pontifici assistet, ne deficiat, nam cum Deus promiserit nunquam defecuram Petri fidem, diuinæ est prouidentie, ne Petri successor deficiat credendum id quod falsum est: & diuinæ est prouidentie, tunc, siæ ecclesie ostendere & patefacere, ea testimonia esse falsa.

Ad id uero, quod Glossa superiori loco dixit, etiam id quod habetur in ca. A nobis de sent. excom. plerique Respondent in eo capite Pontificem solum dicere contingere interdum, ut qui ligatus est apud ecclesiam, apud Deum sit solutus, & qui liber est apud Deum, ecclesiastica sit sententia inopdata. Ibi enim consultus est Papa, an communicandum esset ante absolutionem, cum excommunicato decedente cum excommunicatione, si contritus decesserit? Et respondet papa, non esse communicandum cum illo, nec orandum pro eo ante absolutionem, quamuis sit apud Deum absolutus: Quia in his, inquit Pontifex iudicium Dei ueritati: quæ non fallit, nec fallitur, semper innititur. Iudicium autem Ecclesia nonnunquam opinionem sequitur quam & fallere & sapie contingit, & falli. Aliud igitur est, quod Ecclesia aliquem inter Sanctos referat, & pro Sancto habendum toti ecclesie proponat: aliud uero quod non communicet cum eo, uel quod non oret pro eo, qui reuera est absolutus apud Deum, si garus apud Ecclesiam.

Sexto queritur, Cur solius Romani Pontificis sit aliquem numero Sanctorum adscribere? Respondeo, cum Hostiensis, cap. Audimus, de Reliq. & venerat. Sancto. & Glossa ca. 1. eod. in sexto, in uerbo Sedes Apostolica, & Philippo Decio in Rubr. de Const. Let. 2. hoc ideo esse, quia hæc est una de causis maioribus, quæ inter Christianos proponi queat, & ita ad Sedem Apostolicam pertinet. ca. Maiores de Baptismo. & eius effectu.

Secundo quia miracula attribuntur fidei: unde hæc quæstio cum inter alias sit de miraculis, præcipue ad Sedem Apostolicam referretur. c. Quoties 2. q. 1.

Tertio quia ad Papam spectat declarare, quæ in Scripturis obscura, dubia, & difficilia sunt, c. Per venerabilem, Quæ filij sint legitimi: ergo Romani Pontificis est, declarare, dubia Sanctitatis: ergo eius est, definire huius, uel illius uitam fuisse Sanctitatem præcipuam.

Quarto ne per multorum episcoporum simplicitatem, uel negligentiam quis pro Sancto habeatur, qui reuera non est, cap. 1. & 2. De Reliqu. & Vener. Sancto.

Quinto ne in infinitum Sanctorum numerus multiplicaretur, unde Sanctitas uilesceret, cap. Episcopi distinctione octaua.

Septimo queritur, De quibusnam inquiratur, cum quis est in Sanctorum numerum referendus? Respondeo, cum Glossa cap. 1. De Reliq. & venerat. Sancto. in sexto, & Innocentio, & Hostiensis in capit. Audimus. eod. tit. si Confessor sit inter Sanctos referendus, inquiri de uita eius, nimirum, an fuerit insignis, & excellentis sanctitatis: An labores multos, & iustos sustinuerit patienter: An fuerit moribus castus, & strenuus. cap. Miramur dist. 66. & potissimum, An fuerit simplex, & humilis. cap. ex studijs, de presumptioni. An charitatis affectu persecutiones pertulerit. c. Omnis 7. q. 1. Inquiratur etiam de fama eius apud populum: An magno pietatis affectu, & studio cum fuerit Populus profectus: An apud Populum habeatur

## CAP. VII.

De Romani Pontificis potestate in approbandis  
Religiosorum hominum Ordini-  
bus.

pro Beato, qui in caelesti patria vita persequi aeterna credatur: Quam frequenter eius sepulchrum visitare soleat, eius opem, & patrocinium apud Deum implorando, ei multa offerendo, & tabellas gratiarum ab eo obtenturum in dies appendendo. Inquiritur item de miraculis, An scilicet in vita, & post mortem etiam miraculis claretur.

Si vero quis Martyrum numero sit adscribendus, inquiratur, sit Hostiensis, de miraculis ab eo patris, & de causa passionis eius, nimirum, an fuerit pro fide, religione, lege Dei, vel pro virtute occisus.

Octavo quaeritur, Quenam consequantur ex hoc quod aliquis inter Sanctos referatur? Respondeo, eo ipso decerni, veram fuisse, & insignem illius sanctitatem, & eum regnare excellenti quadam vitae aeternae felicitate vna cum Christo Domino, & alijs caeli incolis. Item eum sacris honoribus, & religioso cultu non in vna tantum civitate, & provincia, sed vbiq; terrarum, & gentium publice esse venerandum; Item eius nomine, & inuocatione altaria esse erigenda, templa aedificanda, festos dies anniversarios celebrandos, eius imaginem ad venerationem in Ecclesijs illustri loco ponendam: eius corpus fuisse viuum Spiritus sancti templum: & ossa ( seu reliquias ) pretiosis capsulis, & loculis includenda, & publice honoranda: Milia sacrificia in eius honorem, & laudem Deo offerenda: Laudes, & Diuina officia ei persoluenda.

Denique eo ipso, quo quis in numero Sanctorum reponitur, in tota Ecclesia publice ad exemplum, & imitationem ad venerationem, ad inuocationem, & patrocinium exhibetur. Hinc fit, ut recte aiunt Innoc. & Hostien. c. 1. de Reliq. & venerat. Sancto. ut cuius liceat priuatum, & secreta preces offerre ei, quem credit in patria caelesti perpetua beatitudine persequi. At vero non solemnes, & publicas preces, nec publicas laudes, & diuina officia persoluetur.

Nono quaeritur, Quem modum Ecclesia seruare consuevit, in referendo aliquem inter Sanctos? In primis Romanus Pontifex non facile mouetur ad eum in Sanctorum numerum adscribendum: Instant Pontifici, supplicent, urgent Reges aliqui, vel Principes, vel alij primarii viri, vel Episcopus, vel Clerus, vel populus, non semel, & iterum, sed saepius, ut Sanctorum numero aggreget.

Deinde Papa committit certis quibusdam Episcopis, qui inquirent fideliter de fama, conuersatione, vita, miraculis, pietate, & religione populi erga eum, qui est inter Sanctos annumerandus: & praecipit, ut processum de his omnibus legitime confectum ad ipsam referant suis manibus subscriptum.

Tertio Papa totum illum processum committit nonnullis Cardinalibus, & Auditoribus Rotae, ut ipsi placeat, ut diligenter examinent, An processus sit legitime secundum iura confectus.

Quarto in secreto Consistorio vnus ex Cardinalibus, quibus fuit commissum negotium de examinando processu, refert breuiter Papae cuncta, quae gesta sunt in congregationibus Cardinalium.

Breuiter quoque narrat vitam, & miracula eius, qui inter Sanctos est referendus. Postea Papa indicit publicum Consistorium, in quo vnus ex Advocatis Consistorialibus coram Papa & Cardinalibus breui oratione complectitur totam vitam, & miracula eius, de quo Sanctis annumerando tractatur: Cui nomine Papae respondet vnus ex Secretarijs ipsis: postea aliquando indicitur Consistorium semipublicum ex sacro collegio Card. & ex Patriarchis, Archiepiscopis, & ceteris Praelatis, ut omnium communi voto suscipiatur, quod ad omnium gaudium constituitur. Quibus ita peractis, summus Pontifex, communicato cum fratribus consilio certum diem designat in quo solemniter, & exremonia N. numero Sanctorum aggregetur.

Primo quaeritur, An solius Romani Pontificis sit, sacros Religiosorum hominum Ordines, & Instituta approbare? In cap. vii. de Religios. domibus est Decretum Innocentij III. in Concilio Generali Lateranensi, ne quis deinceps nouam Religionem inueniat, sed quicumque ad Religionem conueriti voluerit, vnam de approbatis assumat. Idem prorsus constituit Gregorius X. in Concilio Generali Lugdunensi, ut habetur cap. 1. eo. tit. in sexto: idem etiam Ioannes 22. ut refertur in extrauag. sancta Rom. Eccles. de religios. domibus.

Quaerens, Quare hanc sibi potestatem Romani Pontificis reseruari? Respondeo, ex decretis supra citatis colligi id factum esse, ne ex varijs Episcoporum affectibus nimia Religiosorum Ordinum multitudine approbaretur: ne itidem talium ordinum approbatio facili negotio concederetur: Denique quia maiores causae ad Fidem, vel mores pertinentes sunt referenda ad Rom. Pontif. cap. Monasteria de Baptismo, & eius effectum.

Secundo quaeritur, An Rom. Pontifex in Religiosis Ordinibus approbandis errare possit? Canus de locis Theol. lib. 5. c. 5. prope finem, vers. Nunc illud breuiter dici potest: nescio quo mentis affectu, & studio motus, sensu, Romanum Pontificem in hoc errare posse. Congerit certa quadam argumenta, quae reuera parum, aut potius nihil verum, & firmitatis habent. Primo quia ordines, inquit, approbare, vel repellere, non solum pendet ex scientia, sed etiam ex prudentia: ut Rom. Pontifex possit imprudenter agere in approbandis Ordinibus Religiosis. Vnde in cap. vii. de Religios. domibus dicitur: ex Innoc. III. in concilio Generali Lateranensi. Ne nimia Religionum diuersitas grauem in Ecclesijs confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cetero nouam religionem inueniat. Ergo iudicabat Pontifex, non oportere tunc plura Religiosorum Ordinum instituta, aut Regulas confirmare. Et in cap. 1. eo. tit. in sexto habetur, ex Gregor. X. in concilio Generali Lugdunensi: Quia non solum importuna petentium inhiatio, Religionum praesumptiuam multiplicationem (id est post Lateranense Generale Concilium) multiplicacionem exorsit, verum etiam aliquorum praesumptiuam temeritatem diuersorum ordinum, praecipue Mendicantium, effrenatam quasi multitudinem adinuenit. Vnde ibidem Ordines qui non erant auctoritate Apostolica approbati, omnino prohibentur: & ordines ab eadem confirmati, & instituti post Concilium Generale Lateranense, ita maneant, ut nullum deinceps ad eorum professionem admittant.

Secundo Caestinus V. Ordinem, & Vitam Fraticello rum, suo privilegio confirmauit, ut dicit Ioannes 22. in Extrauag. sancta Romana, de Religios. domibus: quod tamen privilegium, ut dicitur in eadem Extrauaganti, Bonifacius VIII. ex certis rationabilibus causis reuocauit.

Tertio Paulus Ordinem, quem in Italia Frater Baptista Cremenensis instituit, litteris suis probasse dicitur: at Ordo ille a Veuetis est publico edicto eiectus, & Baptista doctrina, qui illius Ordinis fuerat institutor, Romae est condemnata. Pariter potuisset Canus addere Templariorum militum Ordinem, Honorij II. auctoritate, ut dicitur, approbatum a Clemente V. abolitum fuisse, & extinctum. Ordinem quoque Humiliatorum, qui fertur Innocentij III. auctoritate confirmatus, a Pio V. fuisse sublatum, & suppressum. Ergo, ut colligit Canus, privilegia, quibus Rom. Pont. Ordinum Religiosorum instituta confirmat, & approbat, certe ac firmam auctoritatis non sunt.

Profecto hac sententia meo iudicio remeritate, & errore non caret: pie credendum est, in Religiosis Ordinibus approbandis Romanum Pontificem errare non posse, quia eo ipso quo Romanus Pontifex approbat cer-

tam

tum Ordinem, publice proponit ecclesie tanquam recte vite normam, ac regulam, quam quisque possit sua sponte suscipere ac profiteri: In quo si Rom. Pontifex erraret, grauissimus esset proculdubio error in moribus.

Deinde, si Roman. Pontifex legem de moribus condidit, errare non potest, quia proponit eam publice ecclesie seruandam. Cur ergo dicemus posse Romanum Pontificem errare in aliquo Religioso Ordine approbando? Nam etsi cum non proponat, vt ex necessitate in ecclesia suscipiendum, & amplectendum, ac certe cum proponit tanquam bonam & salutarem vite regulam, quam quisque si velit, Deo adiuuante, capessere, & profiteri queat.

Argumenta Cani vim, vt dixi, non habent. Aliud enim est dicere posse Romanum Pontificem errare; approbando tanquam bonum & salutare, quod reuera malum est, ac noxium, aliud vero est dicere, posse Romanum Pontificem ex imprudenti, vel leuis animi affectu plures approbare quam par sit. Primum enim prorsus negamus, erraret enim in approbando Ordine, qui malum, vel errorem aliquem in fide, aut moribus contineret, ac proinde reprobandus, non probandus esset. Secundum vero nullum errorem: quia semel approbatus Ordo bonus & salutaris quidem est, quamuis fuerit, vel imprudenter, vel leuiter à Pontifice approbatus: nam etsi Pontifex id leuiter, & sine debito consilio faciat, habet tamen sibi assistentem Deum, ne erret in Religiosis Ordinibus confirmandis. Pari enim ratione dicere possumus nimiam esse Canonum, continentium excommunicationem suspensionem, & irregularitatem, multitudinem: non tamen est, nec esse potest Canonum excommunicatio, suspensio, vel irregularitas continens errorem, alioqui enim in moribus erraret ecclesia, quod esse aut fieri non potest. Item Canus fallitur in eo, quod non citat fideliter, quod habetur in cap. 1. De Religios. dom. in sacro: ibi enim sic habetur *Importuna potentium inhiatio Religionum multiplicationem exorsit, etiam aliquorum presumptuosa temeritas, diuersorum Ordinum, precipue Mendicantium.* Deinde, parenthesi adiecta, dicitur: *(quorum nondum approbationis meruere principium) effrenatam quasi multitudinem adinuenerit.* Quod autem ibi Pontifex dicit, aliquos Ordines esse post Concilium Lateranense, Generali Sedis Apostolica auctoritate approbates, ad quorum professionem nullum admitti deinceps volumus: non reprobat Pontifex, vt putauit Canus, eos Ordines tanquam ecclesie noxios, vel errorem continentes: sed vult vt ij Ordines paulatim extinguantur: extinguere vero, aut abolere Ordinem, non est eum reprobare tanquam noxium sed tanquam minus nunc ecclesie conuenientem, ob laxatam in eo Religiosorum hominum culpa disciplinam Regularem: sicut, cum Pontifices Romani Canonem aut legem aliquam à predecessoribus constitutam reuocant, & abrogant, non reprobant tanquam malam, aut errorem in fide, & moribus continentem, sed tollunt tanquam presenti tempori minus necessariam, aut vtilem. Lapsu enim temporis mutantur mores hominum, & que olim salutaria erant, nunc mutatis hominum moribus minus salutaria censeantur. Reuocant itidem aliquando Canones antiquos, ne nimiam legum multitudinem subditi fastidiant: Sic etiam abolent Romani Pontifices Ordinem semel auctoritate Apostolica approbatum, vt minus presenti tempori conuenientem, id quod accidit lapsu temporis, mutatis videlicet hominum moribus. Extinguunt insuper Ordines olim receptos, & approbates, quia culpa Religiosorum, aliqua vitia in eos irreperint, & inter eos sit relaxata nimis, & cneruata, per Superiorum incuriam & negligentiam, disciplina Regularis: non igitur reprobantur Ordines iam recepti & confirmati, sed Religiosorum deprauati mores repelluntur. Nihil igitur suis argumentis concludit Canus.

## CAP. VIII.

Quod Romani Pontificis sit declarare ac definire, quanam sit Scriptura Canonica.

Primo quaeritur, An ad Romanum Pontificem spectet definire, An hic vel ille liber sit Canonicus? Ratio dubitandi est, quia alioqui maioris esset auctoritatis Rom. Pont. quam ipsa scriptura Canonica: Siquidem liber Canonicus auctoritatem non habet, nisi à Rom. Pont. approbetur.

In primis necesse est, vt in ecclesia sit Iudex certus, cuius auctoritate, & sententia Scripturae Sacrae & Canonicae discernantur. nam ex Scripturis Sacris probare non possumus libros Iudith, Esther, Ruth, Tobiae, & alios esse Canonicos. Item ex Scriptura non habemus hoc Euangelium esse Marci, hoc item, & non aliud esse Euangelium Matthaei, Lucae, & Ioannis. Ergo necesse est, vt sit in ecclesia Iudex, qui certa fide definiat hæc, & non alia esse Euangelia Marci, Matthaei, Lucae, & Ioannis, hos & non alios libros esse Canonicos, & sacros. Hunc iudicem esse dicimus, siue Ecclesiam Catholicam, siue Generale Concilium auctoritate Romani Pontificis confirmatum, siue Romanum Pontificem tori ecclesie presidentem, cuius iudicium, cum res Fidei, & morum definit, ecclesia sequi debet.

Deinde ad Romanum Pontificem, vt probat S. Thomas *secunda secunda, quæst. 11. art. 10.* pertinet Fidei Symbolum edere, ergo & definire, qui liber sit Canonicus: Insuper, cap. *Maiores, de Baptismo, & eius effectus* maiores Ecclesie causæ ad summum Pontificem referendæ sunt, ac grauissima est ecclesie causa, declarare, & definire, an hic vel ille liber sit Canonicus. Accedit, quod si qua similis questio in vetere lege exoriebatur, summi Pontificis auctoritate definebatur. Ideo Augustinus contra Faustum lib. 28. c. 4. ait: *Si Apostolus Paulus non inueniret in carne Apostolos, cum quibus conferret Euangelium. Ecclesia illi omnino non crederet.* Et Hierony. in Epistola ad Augustinum, que est decima in Tom. 2. Operum Augustini, tractans illud Pauli ad Galat. 2. quomodo ascendit Hierosolymam, vt cum Apostolis conferret Euangelium, quod per Christi reuelationem acceperat: *Ex his, inquit, ostendit, se non habuisse securitatem Euangelij predicandi, nisi Petri, & qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum:* Et Tertul. lib. 4. aduersus Marcionem: *Propterea, inquit, Paulus Hierosolymam ascendit ad Apostolos consulendos, ne forte in vanum cucurrisset. Non enim sufficeret ad fidem singularis instrumenti, distincta patrocinio antecessorum. Denique vt cum Auctoribus consulit, & conuenit de regula Fidei, absteras misitura. Igitur si ipse illuminator Lucae, auctoritatem antecessorum, & fidei, & predicationis sua optauit, quanto magis cum in Euangelio Lucae expelestem, qua Euangelio magistri eius fuit necessaria? Sic ille.*

Præterea Act. 15. cum apud Antiochiam dubitaretur, An Paulus, & Barnabas idem, & sentirent, & docerent de cessatione legalium, statuerunt fideles, vt ascenderet Paulus, & Barnabas, & quidam alij ab Apostolis, & Presbyteris in Hierusalem; ergo non vnusquisque per se cognoscit, an hæc, vel illa doctrina sit ex Deo.

Eadem ratione Rom. Pont. est declarare, & definire, An hæc vel illa pars Scripturae sit vera, & germana pars libri Canonici. Dubitatum fuit olim, de quibusdam Scripturae partibus, an essent veræ, & germanæ partes librorum Canonicorum: & definitum est auctoritate ecclesie, & Romanorum Pont. esse tales, cuiusmodi sunt, Hymnus trium puerorum apud Danielem: duo vltima Capita eiusdem, & Capita, quæ habentur in Esther post decimum & vltimum caput Marci, & historia de adultera apud Ioannem, & historia de Angelo confortante Christum in orto, apud Lucam: Et illud Ioannis: *Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: Et hi tres vnus*

*sunt. Vnde in Concilio Trid. sess. 4. in Decreto de Canonice Scripturis post enumeratos libros omnes Canonicos dicitur: Si quis autem libros ipsos integros, cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & Canonice non susceptis, anathema sit.*

Paritate ad Rom. Pont. spectat, declarare, & definire, an hæc, vel illa traditio sit diuina, vel Apostolica, vel Ecclesiastica: hæc enim quæstio etiam est de maioribus Ecclesie causis.

Sic etiam Romani est Pontificis declarare, & definire quisnam sit verus, & germanus sacre Scripturæ sensus: item declarare, & discernere, quæ sunt in sacris litteris obscura, dubia, difficilia, & ambigua, *e. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi.*

Secundo quæritur, An Rom. Pontifex possit Apostolorum Constitutiones abrogare, relaxare, aut aliquos ab illis dispensationis priuilegio soluere: *De hac quæstione tractauit 1. part. Instit. Moral. lib. 5. c. 15. q. 4.*

## CAP. IX.

*Quid iuris, & potestatis Rom. Pontifex habeat in Romanorum Imperatorem.*

Primo quæritur, An Imperium Romanum, quale nunc est, post Carolum Magnum Imperatorem existat ac pendeat à Romani Pontificis auctoritate: *Agam de hac qu. lib. 9. c. 2. q. 1.*

Secundo quæritur, an constituti sint Romani Pontificis auctoritate septem Principes, qui dicuntur Electores Imperatoris: *de hac qu. cod. lib. 6. c. 3. q. 5.*

Tertio quæritur, An Rom. Pont. possit certis in causis priuare Electores iure, & auctoritate eligendi Regem Romanorum: *Eod. lib. c. 3. q. 6.*

Quarto quæritur, An si Electores scientes elegerint indignum in Regem Romanorum, deuoluatur tunc ad Rom. Pontificem electio: *Eod. lib. c. 4. q. 5.*

Quinto quæritur, an si Electores diu distulerint sine iusta, & debita causa electionem Imperatoris, aut eam neglexerint cum graui Ecclesie damno, ad Romanum Pontificem deuoluatur electio: *Eod. lib. c. 5. q. 6.*

Sexto quæritur, An iure communi ad Romanum Pontificem spectet Imperatorem electum confirmare, vngere, & coronare: *Eod. lib. c. 5. q. 1.*

Septimo quæritur, An Romano Pontifici subiectus sit iure diuino Imperator non solum in his, quæ sacra sunt, & spiritualia, sed etiam in his, quæ profana & temporalia sunt: *Eod. lib. c. 6. q. 3.*

Octauo quæritur, an iure communi requiratur Romani Pont. consensus, vt Imperator se legitime Imperio abdicet: *Eod. lib. c. 9. q. 1.*

Nono quæritur, an Roman. Pontifex certis in causis possit Imperium Imperatori abrogare: *Eod. lib. c. 9. q. 1. q. 3.*

Decimo quæritur, Quot, & quibus de causis possit iure Rom. Pont. Imperatorem ab imperio remouere: *Eod. lib. c. 9. q. 1. q. 4.*

Vndecimo quæritur, An imperium fuerit Rom. Pont. auctoritate translatum à Grecis ad Carolum Magnum, & postea ad Othonem huius nominis Imperatorem: *Eod. lib. c. 9. q. 4.*

Duodecimo quæritur, an ad Rom. Pontif. iure communi pertineat administratio Imperij, cum vacat: *Eod. lib. c. 9. q. 7.*

Decimotertio quæritur, An iure queat Rom. Pont. certis in causis Christianorum Reges, suis Regnis priuare, & deicere: *Eod. lib. c. 9. q. 7. q. 8.*

*Et quæst.*

*Agor. Instit. Moral. Pars 2.*

## CAP. X.

*De Concilio Oecumenico, siue Generali: & primum cuius auctoritate debeat conuocari.*

**A** Nimaduertendum est concilium Oecumenicum, siue Generale dici, & esse illud, quod ex omnibus Orbis Christiani Episcopis legitima auctoritate conuocatur, *Glossa in c. 1. d. 17.* de quo nonnullæ quæstiones sunt à me tractatæ *superiori lib. 4. c. 13. q. 2.* Nunc vero alix sunt mihi disputandæ ad pleniorum concilij Generalis cognitionem, & ad declarationem potestatis, & iuris, quod Rom. Pont. habet in Generalia concilia *lib. 3. huius 2. part. c. 47. q. 1.* tractaui, quot sint genera Conciliorum.

Primo quæritur, an solius Rom. Pontificis sit Generale concilium conuocare? Duo quærentur, Primum, an ius concilij congregandi ad Rom. Pontif. spectet: Alterum, an alius quam Romanus Pontifex, iure queat Generale concilium cogere.

Circa primum certi iuris est penes Rom. Pontificem esse potestatem Generalis concilij conuocandi, *vt dicit S. Thom. secunda secunda, quæst. 1. art. 10.* hæc enim vna est ex causis Ecclesie maioribus: sed tales causæ ad Roman. Pontificem ipso iure pertinent. *cap. Maiores de Baptismo, & eius effectu.* Item Roman. Pontifex, vt superiore loco ostendi, tanquam Petri successor, est summus in terris Christi Vicarius, & proinde totius Ecclesie Catholice Pastor, Rector, & iudex: ergo eius est, omnes Christi oues, cum id causa postulat, in vnum congregare, pascere, & regere, & de omnibus iudicare. Ipse totius est Ecclesie post Christum caput: ergo ipsius est membra dirigere, ac in officio continere. Insuper quo quor sunt hæcæus in Ecclesia Christi congregata concilia Generalia, sunt Romani Pontificis auctoritate conuocata, celebrata, & peracta.

Vltimo id constat ex Sanctorum Patrum testimonijs, quæ apud Gratianum habentur distinct. 17. *Nulla*, inquit *Damasus Papa*, in Epist. ad Stephanum Episcopum, & tria Concilia Africana, *Concilia vana leguntur, quæ Apostolica auctoritate sulta non fuerint.* Maccellus itidem Papa, & Martyr in Epistola ad Antiochenos, & in alia ad Maxentium tyrannum; & habetur apud Gratianum, cap. primo, distinctione decima septimo. *In Apostoli Hebraorum successores, Domino inspirante, constituerunt, vt nulla fieret Synodus præter Romanam Sedis auctoritatem.* Idem quoque dicit Iulius Papa in Epistola ad Orientales Episcopos in causa Athanasii. Pelagius II. Papa scribens omnibus Episcopis, qui illicite ionnem Patriarcham Constantinopolitanum, Episcopum vniuersalem vocauerunt: *Relatum est*, inquit, *ad Apostolicam Sedem, Ioannem Constantinopolitanum Episcopum vniuersalem se scribere, vique ex hac sua presumptione ad Synodum conuocare generalem, cum generalium Synodorum conuocandarium auctoritas Apostolica Beati Petri Apostoli Sedi singulari priuilegio sit tradita, & nulla unquam Synodus vana legatur, quæ Apostolica auctoritate non fuerit sulta.* Quapropter quicquid in prædicto vestro conuenticulo, (quia Synodus totaliter presumpta esse non potest) statueritis, ex auctoritate Sancti Petri Apostolorum Principis, & Domini Saluatoris voce, qua Beato Petro potestatem ligandi atque soluendi ipsa Saluator dedit: quæ etiam potestas ad successores eius indubitanter transit: *Præcipio, omnia quæ ibi statueritis, vana & cassata esse.* Calliodorus in tripartita. lib. 4. cap. 19. ex Socrate, sic habet, *Cum usique Ecclesiastica regula inbeat, non oportere præter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari.* Cardinalis Turcremata in Summa de Ecclesia libro tertio, capite sexto multis rationibus probat, penes Romanum Pontificem solum, auctoritatem esse Generalis Concilij conuocandi.

Si obijcias, Generale Concilium conuocatur, instar illius, quod Apostoli congregarunt. sed Act. 6. dicitur:

E e

Conno

Conuocantes autem Duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: non est equum, & quæ sequuntur. & Act. 15. habetur: Conuenerunt Apostoli & seniores videre de uerbo hoc: ergo non solum Petrus, sed totum Apostolorum Collegium concilium conuocauit, Respondeo, nihil hoc argumento probari, quia sicut nunc vere diceretur, Papam cum Cardinalibus Concilium congregare, & tamen solius Papæ est auctoritas conuocandi, quamuis ex communi deliberatione, & consilio concilium euocetur: sic etiam dictum est Apostolos & seniores multitudinem discipulorum conuocasse: & tamen penes solum Petrum erat auctoritas cogendi concilii, quia super eum erat ecclesia edificata, & certe nihil impedit, quo minus Petrus, & alij Apostoli ex communi consilio, & deliberatione concilium conuocarent. Multa deliberant, & constituunt Reges & Principes suorum Procerum communi consilio, & consensu: multa quoque episcopus, & non sine collegio canonicorum, cuius consilium, & consensum requirit, quamquam auctoritas faciendi, & constituendi penes ipsum episcopum sit.

Secundo quaeritur, An Imperatores aliquando concilia episcoporum conuocauerint? Ratio dubitandi est, quia in c. Canonis dist. 15. & c. 6. dist. 16. Imperatores congregasse dicuntur Nicænum concilium, Ephesinum, & Chalcedonense, nec tamen in hoc reprehenduntur. cap. Adrianus distinctio. 63. dicitur: Carolus Rex Francorum constituit Synodum, cum Adriano Papa. Item legimus, præcepto Theodorici Regis Gothorum in Italia conuenisse episcopos Romæ tempore Symmachi Papæ: & teste Lupatrandi lib. ult. iussu Othonis I. Imperatoris episcopi Synodum Romæ congerunt tempore Ioannis XII.

Certi iuris est, penes Imperatores, ac Principes laicos nullum esse ius, & auctoritatem episcopos ad concilium, siue Generale siue Prouinciale conuocandi, causa tractandi & definiendi res Fidei & morum, quia cum sint laici, potestatem non habent statuendi aliquid de rebus ecclesiasticis cap. Bene quidam. distinctio. 96.

Ad id uero, quod obieciatur, Respondeo, cum Turcremata libro citato. cap. 3. in responsione ad secundum: in illis ex Gratiano supra citatis capitibus haberi quidem, Imperatores ea concilia congregasse: sed hoc illi fecerunt consensu, & auctoritate Romanorum Pontificum: exquebantur igitur solum, quod Romani Pontifices constituerant. Item Fidei, & Religionis Christianæ studio succedunt Imperatores Romano Pontifici instabant, ipsum urgebant, denique diligenter, & sollicitè curabant, ut Oecumenicum, & Generale Concilium conuocaretur, in quo Hæreticorum conatus reprimere, Hæreses confutarentur. Vnde in cap. Mandasti secunda questione quinta, textus habet: Valentinian. Augustus nostra auctoritate Synodum congregari iussit. Vbi Archidiaconus super uerbo, nostra auctoritate dicit: Sic ubicumque inuenies Imperatorem Concilium congregasse, intellige secundum istud: Vnde Imperatores magis fuerunt Executores uoluntatis, & auctoritatis Romanorum Pontificum in congregatione Conciliorum, quam eorum sua auctoritate Congregatores. Et in c. Sexta Synodus distinctio decimasexta habetur sic: Synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata est, & Græco sermone conscripta temporibus Papa Agathonis, exequente piissimo Principe Constantino.

Nec obstat, quod dicitur in c. Adrianus distinctio sexagesimatertia, Carolus Rex Francorum constituit Synodum, cum Adriano Papa, non enim cum sensum habet, quod tanquam auctoritatem habens, uia cum Papa concurreret, sed quod Papa, & Rex communi deliberatione, & consilio decreuerint, ut Synodus conuocaretur, Adriani quidem Pontificis auctoritate, sed rege petente, instante, urgente, & consilio dante. Vnde Archidiaconus super uerbo Constituit dicit: Constituit auctoritate Papæ, argumento sumpto ex c. Mandasti 2. quæstio quinta. & c. Hinc, distinctio decimasexta: Vnde melius dixisset de conuerso, scilicet: Adrianus constituit cum Carolo.

Ad illud uero de Theodorico Rege, Respondeo, ipsum fuisse Arianum, & usurpasse sibi auctoritatem episcopos ad Synodum conuocandi: episcopos uero, & Symmachum ipsum Papam, ex necessitate, facto quidem non iure, conuenisse. Ad illud quoque de Othone I. Imperatore: Fuit ille quidem Princeps Catholicus, pius, & bonus, sed Canonem ecclesiasticum ignarus, ut pote laicus: & propterea mirum non est, si quod est Romanorum Pontificum ignorantiam bona fide arrogauerit.

Tertio quaeritur, An concilium Oecumenicum, siue Generale dicatur hoc solum, quod legitima Romani Pontificis auctoritate conuocetur, quamuis omnes episcopi ecclesiarum uocentur, vel conueniant: An uero hoc tantum, quod generalis sit omnium episcoporum congregatio: quod est quaerere, An ad Generale concilium satis sit sola generalis omnium episcoporum euocatio legitime facta: An uero requiratur etiam generalis omnium episcoporum Conuentus? Etingamus summum Pontificem Generale concilium indixisse, & omnes episcopos euocasse, ad illud tamen non nisi duarum duntaxat, aut trium Prouinciarum episcopos conuenisse: num erit huiusmodi concilium Oecumenicum, siue Generale?

De hac quaestione Tutrecemata. libr. tertio in sum de Eccles. capitulo decimo sexto. Canus libro quinto de lasti Theolog. capitulo tertio, ubi in primis dicunt, necesse non esse, ut omnes episcopi congregentur. Non inquit, in ecclesiastice concilium hæcenus fuit, in quod uniuersum episcopos conueniant. Deinde, aliquis episcopus vel per negligentiam, vel per malitiam, si in concilio adesset, illud contemneret, & calumniari posset non esse Generale concilium, & quilibet ecclesie princeps, si ei Synodus displicerit, interturbare eam facili negotio posset. causaretur enim, episcopos suos, vel morborum, vel tumultuum causa concilio interesse non posse. Addunt iidem Auctores requiri ad Generale concilium, Generalem omnium episcoporum euocationem legitime factam, quoniam Synodus est episcoporum: ergo non horum uel illorum, sed omnium: requiri quoque Generalem episcoporum Conuentum, sed non ita Generalem, ut omnes episcopi congregentur, sed ut ex singulis Prouincijs aliqui episcopi conueniant: uel saltem ut maior meliorque pars Prouinciarum earum quæ ad Concilium commode uenire possunt, concilio intersint: tunc enim communi dicendi more omnes episcopi congregati censentur, cum omnes quidem sint legitime euocati, & euocaturum maior, & melior pars conuenit. Aduertendum est, episcopos cum creantur, iureiurando polliceri se ad concilium Generale uenturos, cap. ego. N. de iureiurando. Vnde si uenire contempserint, suspendi possunt ab administratione, & si magna fuerit eorum contumacia, ab episcopatu deiciant. Si episcopus dist. 18. ubi Glossa. & alij.

Quarto quaeritur, An in Generali Concilio requiratur Romani Pontificis præsentia? De hac quaestione agit Tutrecemata in summa de ecclesia libro tertio capitulo undecimo, ubi breuiter ostendit non requiri. nam octo celebrata fuere Generalia concilia, & in nullo eorum per se ipsum interfuit Romanus Pontifex, sed per Legatos a se missos. Vnde Leo Magnus ab Imperatore Christianissimo Martiano ad Chalcedonense concilium supplicibus literis inuitatus, hac ratione inter alias se excusauit, quod nullum huius rei exemplum à suis antecessoribus accepisset, ut ipse scribit Theodosio Augusto, quæ est Epistola decimasexta. & in alia, quæ est. 47. ad Patres Concilij Chalcedonensis. Et hanc excusationem ipse Leonis Pontificis Legati proferentes in concilio Chalcedonensi ita dixerunt: Gloriosissimi & Christianissimi nostri Imperatoris charitatem, & Catholicam fidem, & affectum tenentes, beatissimum nostrum Leonem Apostolicæ Sedis Praesulem, ut ad hoc venerabile, & Sanctum Concilium adesset, dirigentes venerabiles Episcopos supplicauerunt: cuius pietati placere possit, si in hac re probetur aliquod simile à præcessoribus factum: nam melius uostræ potest cognoscere Sanctitatem, quia nec in Nicæna, nec in Ephesina Synodo, nec



do, nec alio rali Sancto Concilio Papa Sancta Apostolica Sede affuit, pro qua huius forma sequens consuetudinem nos direxit: que Sanctissimus non dubitans se in his adesse, quos praeipue cogno- scit omnia, qua ad Fidei Catholicae sinceritatem, & qua ad Sancti Petri Apostoli pertinent reuerentiam, agere: qua etiam per nos ad vestram Beatitudinem congruas Sanctorum Patrum Concilii direxit Episcopos, quos recipere, & reuocari praecepit. Vnde si Romanus Pontifex in Generali Concilio non ad- sit, commodius poterit, dum Concilium Generale cele- bratur, cetera negotia totius Reipublicae Christianae ex- pedire.

Quinto quaeritur, An sint aliquae causae, ex quibus sine Romani Pontificis iustitate, possit Generale concilium congregari? De hac quaest. Turrecremata lib. citato, c. 8. de qua re ego etiam egilibro superiori c. 13. q. 1.

Sexto quaeritur, Quibus de causis debeat Generale Concilium conuocari? Respondeo, cum Turrecremata lib. allegato, cap. 9. multis de causis. In primis, ad tractandum, & constituendum maturius, quae ad statum Ecclesiae gene- ralem spectant, praesertim in his, quae sunt Fidei, haec ratione coactum est primum Generale concilium Nicae- num: item secundum, nimirum Constantinopolitanum, & Ephesinum primum, & Chalcedonense, & sextum, Constantinopolitanum, & septimum, quod fuit Nicae- num secundum.

Secundo leguntur concilia Generalia conuocata, ad Haereticorum perfidiam, & pertinaciam, plenius, & so- lemnius conuincendam. Ita sunt congregata septem pri- ma concilia Generalia. Primum ad haesim Arrianam conuocandum: Secundum ad conuincendam haesim Macedonij Episcopi Constantinopolitani, Spiritus san- cti Diuinitatem negantis: Tertium, Ephesinum primum, ad repellendam haesim Nestorij Constantinopolitani iidem Episcopi, duas personas in Christo, diuinam, & hu- manam ponentis: & negantis Beatissimam Virginem di- ci debere Dei Genitricem, sed solum Christi matrem: Quartum Chalcedonense, ad confutandam haesim Dio- scolij Episcopi Alexandrini, & Eutychetis Abbatis, di- centium in Christo non esse duas naturas, diuinam, & humanam, sed facta Incarnatione Verbi, eas naturas suis- se confusione, & commixtione vniam: ac proinde quam- uis Christus ex duabus naturis subsisteret: Quintum vi- ditur Constantinopolitanum, ad reprobandam haesi- m Theodori Mopuesticenis Episcopi, afferentis aliud esse Verbum, aliud Christum: Sextum Constantinopolita- num iidem ad perfringendam haesim Monothelitarum, hoc est, penitentium, vniam tantum vnitatem in Christo: Septimum, quod fuit Nicaeum secundum ad eueren- dam haesim Iconomachorum, hoc est, dicentium San- ctorum Imagines non esse colendas, aut venerandas, nec in templis collocandas.

Tertio, leguntur concilia congregata ad extirpanda Schismata. Ita coactum fuit Octauum concilium Con- stantinopoli, in quo, sublato schismate, restitutus est in sedem suam Ignatius, & deiectus Photius. Celebratum est concilium Constantiense ad Schisma sedandum, cum tres de summo Pontificatu contenderent: vbi Gregorius Duodecimus Papatu sese sua sponte abdicauit, & Benedi- ctus XIII. & Ioannes vulgo dictus XXIV. priuati sunt summo Pontificatu. Sic olim coactum est concilium propter Schisma Vifini, cum Damaso Papa. Item, Concilium, propter Schisma Laurentij, cum Symmacho Papa.

Quarto, congregata sunt Concilia ad conciliandos Graecos & Orientales, cum Latinis, in rebus Fidei. Sic co- actum est concilium Lugdunense, sub Gregorio XI. & Florentinum sub Eugenio IV.

Quinto, leguntur concilia conuocata ad reprimen- dos improbos conatus Principum, etiam Imperatorum Ecclesiam perturbantium, & vexantium. Sic Gregorius Septimus coegit concilium contra Henricum huius no- minis III. qui sibi vsurpabatius, & auctoritatem Episco- pos eligendi; & creandi Innocentius IV Synodum Lug-

dunum conuocauit contra Federicum Imperatorem. huius nominis II. tanquam contumacem, & rebellem Ecclesiae. Sic olim Gregorius II. concilium Romae cele- brauit contra Leonem III Imperatorem Iconomachum, Catholicos sacrarum Imaginum cultores impie, & cru- deliter persequentem.

Sexto, Ecclesia concilium conuocauit ob imminentem Christianae Reipublicae necessitatem. Sic Urbanus II. Claremontense concilium coegit, ad animandos Princi- pes Christianos contra Saracenos, qui Terram Sanctam occupatam tenebant.

Septimo congregantur concilia, ad Ecclesiasticam dis- ciplinam magna ex parte laxatam reuocandam, tuen- dam, seruandam, & augendam. Huius rei gratia con- cilium Tridentinum coactum est, non solum ad haereses euellendas, sed etiam ad disciplinam Ecclesiasticam re- tinendam.

## CAP. XI.

### Quinam sint iure communi ad Generale Conci- lium conuocandi.

Primo quaeritur, An concilium sit solum Episcopo- rum, An etiam aliorum, qui Episcopi non sunt? Re- spondeo, Concilia, quae ad res fidei, & motum definien- das congregantur, simpliciter, & proprie, & iure commu- ni esse solum Episcoporum. Vnde Augustinus, ut referunt in caput. Omnia, distinctio. 12. Omnia, inquit, talia, quae ne- que Sanctorum Scripturarum auctoritate continentur, neque in Concilijs Episcoporum statuta inueniuntur. Et in actis con- cilij Chalcedonensis legitur, Catholicos Episcopos vi- dentes quosdam Aegyptios, qui episcopi non erant, ex A- lexandrina vrbe, vna cum Dioscolo haeretico Chalcedo- nem venisse, conantes interesse concilio, conclamasse di- centes, Concilium esse Episcoporum, non aliorum. Item Leo Papa scribens ad Ephesinum Concilium, quae est Epi- stola 15. ait: Verum quia etiam talium non est negligenda cura- tio, pie, & religiose Christianissimus Imperator habere voluit Episcopale Concilium, ut pleniori iudicio omnis posset error ab- oleri. Insuper in Epistola, quam Christianissima Augusta Pul- chria ad Consularem Bithynia Strategum, ut curaret seruandam disciplinam Nicanae Synodi, antequam placeret ei, & En- tribus, Concilium ad Chalcedonem urbem transferre: sic dicitur: Quidam autem, sicut agnouimus, cum sint solliciti conur- bare, & confundere Deo placitam disciplinam, superuenientes Nicenam Clericos, Monachos, & Laicos, tumultus facere tentat, ne- cessario has pias litteras ad tuam direximus claritatem, quate- nus, cum omni virtute eos, qui praeter nostram euocationem, aut permissionem suorum Episcoporum ibidem commorantur, Clericos, Monachos, & Laicos, quos nulla ratio ad Concilium vo- cat, omnino valens remouere, vel ab ipsi locis expellere. Praeter- ea, in c. Synodum dist. 17. Marcellus Papa Synodum Gene- ralem, vocat Synodum Episcoporum.

Accedit, quod ut habetur in Synodo Chalcedonensi Act. 1. Abbas Martinus requisitus a Constantino quodam, ut ipse quoque subscriberet actis Concilij Ephesini secundi, respondit: Non est meum subscribere, Episcoporum tantum est, & eorum qui digni sunt.

Tandem in cap. Canones distinct. 5. sic habetur: Prima Synodus, scilicet Nicana: fuit trecentorum decem, & octo Epi- scoporum: secunda scilicet Constantinopolitana, fuit centum, & quinquaginta Episcoporum: tertia, quae fuit Ephesina prima, fuit ducentorum Episcoporum: quarta, scilicet Chalcedonensis, fuit quingentorum, & triginta Sacerdotum, id est, ut bene ait Glossa, Episcoporum.

Contra hoc obijciunt Haeretici multa. Primum, quia Act. 15. in Synodo ab Apostolis celebrata, dicuntur inter- fuisse Apostoli, & seniores: at in Apostolorum locum successerunt Episcopi, & seniorum locum tenent Presby- tery: ergo ad Concilium non solum Episcopi, sed etiam

Presbyteri convenire debent. Secundo *ex c. Conveniensibus* l. 7. 8. constat quendam Petrum Archidiaconum, & alium Petrum Presbyterum, & quendam Abbatem in 7. Synodo generali interfuisse. Adriani Papae locum tenentes, Tertio *ex c. Adrianus dist. 63.* patet Synodum esse coactam sub Carolo Magno Imperatore, in qua affuisse dicuntur episcopi, & Abbates. Quarto *in c. In Synodo, eadem distinctio* ne: In Synodo Romae habita sub Leone Papa affuisse leguntur, totus Clerus, & Populus Ro. Quinto, Concilium Chalced. dicitur fuisse Concilium Sacerdotum: at appellatione Sacerdotum intelliguntur Presbyteri: ergo Concilium est etiam presbyterorum, non solum episcoporum Sexto, saepe laici sunt fidei, & religionis periti, & morum probitate conspicui: & aliquando episcopi non sunt ita docti, & boni: ergo non est cur ad definiendas res fidei & morum soli episcopi conveniant, non laici probi, & docti. Septimo, Quae in Concilio generali tractantur, ad omnes spectant, ergo etiam laici sunt ad Concilium vocandi, prout habet Regula juris: *Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet.* Octavo, Generale Concilium representat totam Catholicam ecclesiam: Sed ecclesia est collectio omnium fidelium. *c. ecclesia, De consue. dist. 1.* ergo ex omni statu credentium aliqui debent Concilio interesse, videlicet ex statu episcoporum, aliqui ex statu Presbyterorum, Religiosorum, & Laicorum. Ultimo in Conciliis Generalibus dicuntur fuisse Abbates, Presbyteri, Monachi, *ut colligi potest ex c. 6. Synodo.*

Ut his omnibus respondeamus, animadvertere oportet, solum esse quaestionem; An solum episcoporum sit Concilium, tanquam simpliciter, & iure communi habentium ius, & auctoritatem definiendi res Fidei, & morum, & statuendi caetera, quae ad bonam ecclesiarum gubernationem attinent. Non igitur quaestio est, An alij ab episcopis in Concilio adesse queant, ad deliberandum, ad consilium dandum, ad tumultus coercendos, ad episcopos rucandos, & defendendos ab Haereticis, & alijs Catholicae religionis hostibus. Hinc est, ut eorum, qui in Concilio interfunt, voces, siue suffragia dupliciter distinguantur: Aut enim sunt voces consultoriae tantum, hoc est, ad consilium dandum, aut definitoriae, siue decretoriae. haec simpliciter, proprie, & iure communi sunt tantum episcoporum, illae vero sunt aliorum, etiam laicorum. Unde ad Concilium Generale conveniunt multi in Sacra Theologia, vel iure Canonico Magistri, & Doctores, siue saeculares. siue Religiosi, tanquam Sacrarum Litterarum, vel Ecclesiasticorum canonum periti, quales interfuisse dicuntur in concilio Constantensi, Florentino, & Tridentino: horum est quaestiones Fidei tractare, Veritatis dogmata confirmare, Haereticorum argumenta refellere: calumnijs respondere.

Ex his ad primum respondeo: in illo concilio Apostolorum interfuisse seniores, id est, Presbyteros, ad deliberandum, & consilium dandum, ad disputandum: Apostoli vero conveniunt ad definiendum, quorum definitio est ex ipsorum quidem, Apostolorum auctoritate manavit, sed ex communitate seniorum deliberatione, & consilio.

Ad secundum respondeo, nullam vim argumentum habere: quia illi Legati non suo nomine, & iure concilio interfuerunt, sed ut locum Adriani Papae tenentes: hoc enim modo possunt Diaconi Presbyteri, & Abbates nomine Patriarcharum, vel episcoporum vel Archiepiscoporum suorum ad concilium venire: referunt enim personas, quarum vicem & locum tenent.

Ad tertium respondeo, ad concilium venisse Abbates, non ut definirent, sed ut consilium darent: ut si in eo concilio una cum episcopis definirent, id placuisse, non quidem iure communi, sed Romani Pontificis privilegio, qui ut inferius dicam, id privilegij concedere potest.

Ad quartum respondeo, argumentum esse leuissimum quia Leo Papa clericus, & Populum congregavit, non ad

res Fidei, & non omnes definiendas, sed ad instituendum Carolum Magnum Patricium, & Imperatorem Romanum. Unde videtur hereticolemius, & cum omnium applausu, & laetitia, vocatus est Clerus una cum Populo.

Ad quintum respondeo, Sacerdotum nomine intelligi Episcopos, ut recte Glossa annotavit.

Ad sextum, In concilio interesse Episcopos ratione muneris, & officij sui, ac proinde iure suo. Unde vitae prohibita, vel doctrina non tribuitur ius veniendi ad concilium, sed munus, & officium, quo episcopi praesunt ecclesijs.

Ad septimum respondeo, quod iudicio omnium episcoporum in generali concilio definitur, ceteri definitum omnium subditorum consensu, quia in concilio episcopi ecclesiam, & populum sibi commissum representant: Unde quamvis causa Fidei & religionis sit omnium, clericorum scilicet, & Laicorum communis, non tamen omnium iudicio definienda est, sed eorum, qui clericis, & laicis praefecti sunt. Pari ratione in profanis, & civilibus, tamen causa sit communis etiam popularium, Procerum tamen, Senatorum vel Magistratus iudicio, & sententia decernitur.

Ad octavum respondeo, Generale concilium totam Catholicam ecclesiam representare, quia quamvis in eo clerici, & Laici non interfunt, suum tamen praesentes Proceres, & Praesides, siue Praesides ecclesiarum, quorum fidei, & curae clerici, Laicique committi sunt: ac proinde omnes isti in illis representantur.

Ad ultimum respondeo, interfuisse quidem in sexta & octava Synodo Presbyteros Monachos, immo etiam laicos ad consultandum, testificandum, & suum assensum definitis rebus praestandum, non autem ad definiendum.

Secundo quaeritur, An episcopi in concilio Generalibus sint vere, & proprie iudices rerum, quae definiuntur. An vero Papa tantum consiliarius? De hac quaestione Canus lib. 5. de locis Theolog. ca. 5. q. 2. sic ait: *Sunt auctores non omnium possunt, qui Conciliorum auctoritatem non in iudicanda, & definienda causa Fidei, sed in quaerenda, & inuestiganda veritate solum esse velint, omnem iudicij vim ad unum Christi Vicarium venocant, qui in Fidei causa decernenda vel plures, vel pauciores in consilium adhibet, quo causa difficiet, vel facilius est.* Sic ille. Qui sint illi Auctores, ego non memini, eorum argumenta Canus proponit. Primum, quod in libris Decretalium, & Clementinis, non Patribus sed summo Pontifici sententia tribuitur, sacro tamen approbante concilio. Clemens V. in concilio Viennensi praesidens: *Nos inquit, ad iam praedictam testimonium, ac Sanctorum Patrum communem sententiam Apostolica consideracione, ad quam duxerunt hac declarare oportet faciem convergentes, sacro approbante Concilio declaramus: Ergo Sedis Apostolicae solum est definitio & iudicium, Patrum vero non iudicium, sed consilium.* Item cum summus Pontifex Cardinales Romae in concilio vocat, ut causa aliqua Fidei iudicetur: *De fratrum,* inquit, *nostrorum consilio:* ergo consultantur Cardinales, non iudicant. Accedit, quod Deut. 17. habetur: *Si difficile, & ambiguum fuerit, & c. venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore:* & deinde subdit: *Qui autem superbit, nolens obsequi Sacerdoti Imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto Iudicis, morietur homo ille:* ergo non omnium Sacerdotum, sed summi Pontificis erat decretum, & iudicium.

In hac re nulla pene difficultas est, si sermo sit de concilio, in quo Papa per seipsum non praesit, pro certo habendum, episcopos in concilio generali, in quo Papa per seipsum non praesidet, sed per suos Legatos tantum, cum res Fidei, & motu definiunt, vere, & proprie iudicare, & definire, ut patet ex subscriptionibus episcoporum, quae in concilijs exarant: forma enim subscriptionis sic habet: *Ego Flavianus episcopus. N. iudicans subscripsi.* Item, si episcopi in eo concilio iudices non essent, non distingueretur a ceteris, qui voces habent consultoriae, non definitoriae. Forma,

qua ceteri subscribunt, sic habet: *Ego Faustus presbyter, Archidiaconus, vel Abbas Monasterij N. subscripsi.* non dicit, sicut Episcopus: *iudicans subscripsi.* Imperatores vero, si qui aderant in Concilijs Generalibus, subscribebant in hunc modum: *Ego N. Imperator definita, & iudicata suscipio.* Tota difficultas est, An in Concilio, in quo Papa per se ipsum praesidet, Episcopi iudicando definiant, an tantum sint consilij: Et hoc puto sensisse eos Auctores, quos dixit Canus, Episcoporum esse consilium, non definitionem, aut iudicium, sed totam iurisdictionem esse tunc Papae, sed nihil impedit, quo minus dicamus, etiam tunc Episcopos vna cum Papa iudices esse, non Consilij tantum: & suo iudicio, & sententia comprobare iudicium, & sententiam Papae: quae est in tali Concilio prima.

Ad argumenta itaq; in initio posita respondeo: Cum summus Pontifex praesidet in Concilio dicit: *Declaramus, definitimus, vel iudicamus sacro approbante Concilio:* non excludit iudicium Episcoporum in Concilio praesentium: sed in illis verbis: *sacro approbante Concilio;* significat ceteros Episcopos suo quoq; iudicio, & definitione idem approbasse, quod ipse vel illa verba referuntur ad aliqua, quae in Concilio tractata & definita sunt sola Romani Pontificis auctoritate ceteris Episcopis suum assensum praestantibus. Contingit interdum, vt facile constat ex Decretalibus, & Clementinis, vt aliqua in Concilio statuatur, quae solius Romani Pontificis auctoritati reservata sunt: atq; ea tunc Roma. Pontifex constituit, & definit, Episcopi vero suo assensu comprobant.

Tertio quaeritur, An Cardinales, qui Episcopi non sunt, & Concilio Generali intersunt, ius habeant vna cum Episcopis res Fidei, & morum definiendi: Hanc quaestionem superiori libro tractavi. Ad eam nunc breuiter respondeo, cum *Tuorocema in Sum. de Ecclesia lib. 3. c. 14. in responsione ad sextum. & Jacobatio de Conc. lib. 1. ar. 7. vers. Si de reperiuntur:* eos ius, & auctoritatem habere definiendi non minus, quam Episcopi habeant. Vnde vna cum Episcopis Pontificalibus vestibus iudici, & mitris ornati in definitionibus, & decretis Synodalibus concurrunt. Item quia, vt dicit *Hofst. in c. Antiqua, de Primitiv. quasi vnum corpus, cum Rom. Pont. summo Episcopo: um efficiunt: insuper quia in ecclesijs quarum titulum habent, iurisdictionem episcopalem exercent, vt colligitur ex c. ijs, qua, de maior. & obedien. Praeterea quia ecclesiastici definitio, non ordinis, sed iurisdictionis est. Accedit, quod ex c. ad Apostolica, de sen. & re iudicata in 6. & ex Clem. Pastoral. in. tit. constat, eos habuisse ius definiendi vna cum Episcopis in Concil Lugdunen. sub Innoc. IV. & in Viennensi sub Clemente V. quia dicitur: *Ex consilio fratru nostroru.**

Quarto quaeritur, An Episcopi, qui vulgo Titulares vel Annulares dicuntur, hoc est, qui clero carent, & populo; quorum fit mentio in *Con. Trid. Sess. 14. c. 1. de resor. & qui praesentur Ecclesijs, quae olim a Christianis possidebantur, & suos Episcopos habebant, nunc autem a Paganis occupatae tenentur, ius habeant in Concilijs definiendi? De hac quaestione Jacobatio de Concil. lib. 2. ar. 2. versiculo. sed quia diximus.*

Canus lib. 5. de locis ca. 2. sic ait: *Episcopi quos Annulares nostri vocant, sine causa aliquando in Synodum sunt admissi. Sane nisi me opinio fallit, sicut nec simplices presbyteri, ita nec Annulares isti Episcopi in Synodum cogendi sunt: totum quippe ecclesiastici concilij Negotium, non Ordinis, sed iurisdictionis potestate transgreditur. Sic ille, quod est, ac si dixisset: Huiusmodi Episcopi iurisdictionem actu non habent: ergo nec ius veniendi ad Concilium, aut in eo definiendi, quia haec duo iurisdictionis sunt, non Ordinis.*

Quidquid dicat Canus, in Concilijs solent interesse patriarchae Titulares, vt Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. Titulares item Episcopi nonnulli. Fortassis Canus nihil aliud dicit: voluit, nisi quod tales Episcopi iure communi ad Concilium vocari, & in eo definire non possint, quia habitu tantum, non actu habent iurisdictionem. Et quemadmo-

dum Parochialis Ecclesia, quae habitu tantum, & non actu populum, & curam habet, in Iure pro Parochiali non habetur, vt suo loco dixi: Sic Episcopi titulares duntaxat, quia titulum tantum habent, non dioecesim sibi subiectam, pro Episcopis, quod ad iurisdictionem attinet, non habentur in iure. Nihilominus tamen dubitari non potest, quin vsu, vel privilegio, sine consensu, & auctoritate Romani Pontificis possint interesse Concilij, & vna cum alijs Episcopis definire. Jacobatio *li. citato* simpliciter affirmat eos ius habere suffragij in Concilio Generali: quia Episcopi in Generali Concilio, non tam ratione suarum Ecclesiarum, quam auctoritate Romani Pontificis, cuius iussu in Concilium conveniunt, habent ius, & auctoritatem definiendi. Idem dicendum est de Episcopis, qui sese episcopatu abdicarunt. *Jacobatio loco citato.*

Idem prorsus de Episcopis, qui prius episcopatu spoliati sunt, & in aliena dioecesi commorantur. *Jacobatio loco predicto & Clement. quamvis de foro competens.*

Idem de Episcopo electo, & confirmato, quamvis nondum consecrato. *Jacobatio eodem loco.*

Quinto quaeritur, An Abbates siue seculares, siue Regulares, & Ministri, siue Praepositi Religiosorum Ordinum Generales in Concilio definiendi ius, & auctoritatem habeant? In primis illis quinque, aut sex Generalibus Concilijs Abbates, aut Monachi, ad Concilia non vocabantur: tunc enim erant Episcopis subiecti, ac propterea Conciliorum decreta ipsis Episcopis tradebant, & denuntiabant, ea. *Decernimus dist. 18. & vt susciperent, ac paterent, sua auctoritate praecipiebant.* A tempore septimae, vel octavae Synodi coeperunt Abbates ad Concilium admitti: nec tamen statim cum Episcopis definiendi, & subscribendi ius acceperunt. Tandem consuetudine etiam factum est, vt Abbates episcopalem iurisdictionem habentes, & Ministri siue Praefecti Religiosorum Ordinum Generales in Concilijs Oecumenicis suffragij ius habeant, Sic Dominicus, & S. Antonius, Archidiaconus, & Alexander, & Rosellus, & Brixienis apud Jacobatium *de Concil. lib. 2. ar. 2. vers. sed contrarium.* Quamvis Abbas in *disputatione quadam, qua incipit Episcopus,* asserat, Abbates qui quasi episcopalem iurisdictionem habent, iure ad Concilium Generale venire, & in eo definire. Cuius quidem sententia Jacobatio non placet: quia est iurisdictionem habeant quasi episcopalem, at non sunt Episcopi, & Concilium iure communi solum est episcoporum.

Obijcies, Quomodo igitur definiendi ius habere possunt? Respondeo, id habere auctoritate Rom. Pontificis cuius speciali mandato ad Concilium vocantur, & definiunt. Nam vt paulo ante dixi, Episcopi in Concilio Generali legitime congregato, non solum ratione sui muneris, officij, & iurisdictionis, sed etiam auctoritate Rom. Pont. cuius mandato congregantur, iurisdictionem habent in Concilio, & auctoritatem definiendi: hanc autem Papa communicat cum Abbatibus, & Ministris Religiosorum Ordinum Generalibus, quando vult, & quomodo vult.

## CAP. XII.

### De auctoritate, & potestate Concilij Generalis.

PRIMO quaeritur, An Generale Concilium legitime congregatum, & per Legatos summi Pontificis rite celebratum certam, & firmam habeat auctoritatem in rebus Fidei & morum definiendis, ante confirmationem Papae? De hac quaestione agit Canus, *De locis Theolog. lib. 5. c. 5. quasi. 1. Bannes secunda secunda. q. 1. art. 10. post quintumque Ecclesia proprietates dubio quarto.*

Quaestio proponitur de Concilio Generali, legitima auctoritate congregato, & per Legatos Ro. Pontificis celebrato, quia inter omnes Catholicos convenit, posse celebrare Concilium Generale in Fide, & moribus, si non sit auctoritate Romani Pontificis convocatum, aut confirmatum: id enim patet ex epl'o. nam Ariminense Concilium

sexcentorum Episcoporum erravit cum Arrio, *ut testis est Rufinus lib. 10. cap. 21.* Constantinopolitanum itidem trecentorum Episcoporum erravit cum Leone Imperatore Iconomacho. Item quaestio est de Concilio Generali non solum legitime congregato, sed etiam legitima Legatorum Pontificiorum auctoritate celebrato: nam etiam omnes consentiunt posse in Fide, & moribus errare generale Concilium legitime quidem congregatum, sed non legitime habitum, siue celebratum. Id demonstratur exemplo concilij Ephesini 2. ubi repugnantibus Pontificijs legatis, Episcopi ferme omnes Dioscori, & Euycheis haeresi subscripserunt, *ut testis est Leo I. Epist. 12. 13. 21. 22. 23. 24. & 26.* Insuper quaestio praefens locum non habet in Generali Concilio auctoritate Romani Pontificis confirmato. hoc enim certa regula est Fidei, & morum, cui falsum subesse non potest: In hoc etiam omnes Catholici conveniunt ad enim soli heretici, ut Lutherani, & Calviniani negant impudenter. Vnde Eugenius IV. in Decreto super unione Iacobitarum in Concilio Florentino sic ait: *Suscipit Sancta Romana Ecclesia omnes uniuersales Synodos auctoritate Romani Pontificis legitime congregatas, ac celebratas, & confirmatas.* Quaestio igitur a nobis posita, est de Concilio generali rite congregato, & auctoritate Pontificiorum Legatorum celebrato, sed nondum confirmato Romani Pontificis auctoritate.

Dux sunt sententiae, una est asserentium tale Concilium certam, & firmam auctoritatem habere, ita ut nequeat in rebus Fidei, & morum errare, *Bannes loco citato conclusionem primam proponit sic: Omnes simul Patres congregati in Concilio Generali legitime congregato errare non possunt in Fide, etiam ante confirmationem Pontificis, vel etiam ante electionem eiusdem.* Hoc vltimum dicit de Concilio, si fuerit congregatum ad summum Pontificem eligendum. Deinde in secunda conclusione ait, maiorem partem huius Concilij in Fide errare posse: ac proinde dicit secundam conclusionem non esse primae contrariam: Pontificiam conclusionem talem: *Omnes qui contraxerint definitioni Concilij auctoritate Pontificia congregati, & in praesentia Legatorum legitime celebrati, suspectus erit de haeresi.* Tandem dicit: *Quidam Theologi ex nostris, de quorum numero fuit doctissimus Sosus, senserunt, praedictam definitionem Concilij facere certam fidem. Verum nobis magis placet sententia Magistri Cani: quod huiusmodi definitiones non sunt certa regula Fidei, quousque summi Pontificis confirmatio accedat.* Ita ille.

At Canus libro 8. capite citatis. qu. 1. vers. *At contra viri quidam doctissimi, ait, vios doctissimos ita sensisse, videlicet tale Concilium esse certam, & firmam regulam Fidei.* Qui fuerint isti viri doctissimi, non explicuit: existimo id illum dixisse de Petro Aliacensi, Ioanne Gersono, Maiori, Almaïno, Ludouico Romano, Abbate Panormitano, & Nicolao Cusano, & alijs Doctoribus Parisiensibus, & ijs, qui in Concilio Basiliensi tutati sunt auctoritatem concilij Generalis contra Papam, dicentes, Generale Concilium vniuersalem Ecclesiam repraesentare, & proxime a Christo Domino suam auctoritatem habere.

Altera est sententia, tale Concilium non esse certam, & firmam Regulam Fidei ante confirmationem Pontificiam. Sic Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 3. c. 34. 35. 36. Caietanus in Opusculis Tom. 1. Traët. 1. c. 11. & in Apologia de Auctoritate Papa, & Concilij. part. 2. c. 21. *Canus de hoc lib. 5. c. 5. q. 1. vers. Sed nec in causis Fidei.* Haec sententia est tenenda: Prima enim ortum habuit ab ijs Auctoribus, qui senserunt Concilium esse maioris auctoritatis, quam Papam, quorum sententia modo sustineri non potest, ut dicam inferius. Item Christus Dominus promisit Petro se pro eo rogaturum, ne fides eius deficeret. Et dictum est: *Tu aliquando conuerteris, confirma fratres tuos:* ergo Romani Pontificis, qui est Petri successor, est confirmare in Fide Patres Concilij. Accedit quod concilia Generalia haec legitime celebrata, postularunt a Papa suorum decretorum confirmationem, ut probat Turrecremata per sin-

gula Concilia dicentis. Insuper membra a capite inflatum, motum, & vim recipiunt, & habent Adde quod aliqui in ecclesia Dei essent duo tribunaia suprema in causis Fidei, & morum, videlicet, Generale Concilium rite celebratum. sed non confirmatum a Papa, & ipse Romanus Pontifex, pro quo Dominus in persona Petri rogauit, ne in Fide deficeret. Vltimo, Episcoporum in Concilio Generali iurisdicção pendet proxime a Ro. Pont. ianquam corpus a capite, cuius auctoritate congregati procedunt legitime in Concilio: ergo tota eorum definitio pendet etiam a Papa. Contra hoc quaedam obijciuntur. Primo Concilij Generalis est definitio ea, quae sunt Fidei, iuxta illud Christi Domini: *Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem:* ergo in Fide errare non potest Respondeo, cum Caietano in opusculis Tom. 1. in Apologia, de Auctori. Papa & Concilij. part. 2. c. 21. *Papa solius esse munus & officium declarare & definire, quae sunt Fidei, ut docet S. Thomas secundae secundae, q. 1. ar. 10. ex quo fit, ut talis definitio pertineat quoque ad Generale Concilium, vel vniuersalem ecclesiam, sed ratione capitis praesidentis, & vna cum eis definitis, vel confirmatis, quae Concilium, vel ecclesia definit. Non igitur conuenit certa, & firma definitio regulae Concilio, vel ecclesiae per se, & proxime, sine Romano Pontifice, quia tale Concilium, vel ecclesia est sine suo capite: & illud Christi Domini: *Spiritus sanctus docet vos omnem veritatem,* non est dictum Concilio, vel ecclesiae sine suo capite disunctae, sed cum suo capite adhaerenti, & connexae. at Petro dictum est: *Ego pro te rogatus, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conuerteris confirma fratres tuos.**

Secundo argumentantur: Patres in Concilij Generalibus imitati Apostolos Act. 15. in Concilio congregatos, dicunt: *Vsque est Spiritus sanctus, & nobis, & hoc, antequam eorum decreta confirmarentur a Papa: ergo errare in Fide non possunt, alioqui enim si errarent, falso dicerent: Usque est Spiritus sanctus: habent igitur adstantem sibi Spiritum sanctum in definiendo ne errant Respondeo, sic loqui Patres Concilij, quia Papa, vel praesidet in Concilio, & vna cum ipsis definit, vel quia totam eam Fidei definitionem, & sententiam referunt, ac dirigunt ad Papam tanquam ad caput, cuius auctoritate congregati decernunt: & ex eius iurisdictione, & confirmatione pendunt: Sicut etiam cum Canones alios condunt, & praecipua dant, quamuis absolute, & simpliciter per se praecipere, & imperare videantur, non tamen id faciunt, nisi ex implicita conditione futuri consensus, & confirmationis Pontificiae, & omnis eorum iurisdictione a Romano Pontifice pendeat. Sic etiam cum Canones, & decreta de Fide codit. Hinc etiam est, ut Patres Concilij, cum res Fidei decernunt, dicant: *Qui aliter docuerit, vel crediderit, anathema sit:* pendunt adhuc verba ex futura Pontificia confirmatione.*

Tertio obijciunt: In c. Placuit dist. 10. habetur ex 6. Synodo Generali: *Placuit huic sanctae Synodo, ut amodo confirmata, & vna sint Canonum Apostolicorum octoginta trius capitula.* Respondeo, ita ut dixi, loqui sic Patres ex conditione implicita Pontificij consensus, & confirmationis: tunc enim decreta Conciliorum absoluta, certam, & firmam veritatem continet eum Romani Pontificis auctoritate confirmata.

Quarto opponunt: Generale Concilium vniuersalem ecclesiam repraesentat: at vniuersalem ecclesiam in Fide errare nequit, quia de ipsa dictum est: *Est columna, & firmamentum veritatis.* Et ipsi dictum est: *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* In illa itidem locum habet illud Augustini, *Euangelio non crederet, nisi me auctoritas ecclesiae admoneret:* & illud etiam Symboli Apostolici: *Credo vnam Sanctam ecclesiam.* Respondeo, cum eodem Caietano loco citato, haec omnia locum habere in ecclesia, ut est corpus quoddam, cum suo capite coniunctum, non autem in ecclesia per se, & proxime sine capite. Concilium enim Generale, vna cum Papa, est corpus integrum, & Romanus Pontifex, ut Petri successor repraesentat proxime Christum, cuius est summus in terra Vicarius, totum vero Concilium proxime reliquum ecclesiae corpus repraesentat, ac refert.



creta in Fidei causis, sicut si quis in dubium reuocet, an illa sint legitima Concilia, necesse est eum in dubium vocare illorum Conciliorum Canones in rebus Fidei conditos. Item S. Gregor. *lib. 2. regist. indic. 10. epist. 10.* quatuor prima Concilia suscipit, & veneratur tanquam quatuor Evangelia: ergo sicut credebatur Fide diuina Euang. Matth. vel Marci esse Canonicum; sic etiam ex reuelatione diuina credebatur Nicæn. vel Ephesin. Concil. esse legitimum. Accedit quod tota Ecclesia credit, & proficitur illa Concilia esse legitima, & tanquam talia præcipit suscipi, & haberi: Ergo si tantum humana fide creditur ea Concilia esse legitima, cum fidei humanæ falsum subesse queat, Ecclesia posset falli & errare. Adde his, quod in rebus: quæ Fide diuina creduntur, innituntur non solum testimonio Dei reuelantis, quod falsum esse non potest, sed etiam testimonio Ecclesiæ, quæ credenda, certa & firma auctoritate proponit; sed ecclesia proponit & docet illa Concilia credenda; ergo neque in hoc, neque in illo Concilio proponendo vt legitime celebrato, falli vel fallere potest. Nec valet, quod dicit Canus, quamuis fide tantum humana credatur, illa Concilia esse rite habita, & legitime confirmata, nihilominus tamen eorum definitiones in causis fidei diuinitus reuelatæ creduntur, & proinde qui eas veras esse negauerit, hæreticus erit: quia ex duob. inquit Canus, principijs vno fide diuina creditur, altero ex ratione naturali, vel fide humana certo, colligitur conclusio diuinæ Fidei, vt cum ita ratiocinamur. Omne Concilium in Spiritu S. congregatum, est certa, & firma regula Fidei; sed Conc. Nicæn. est in Spiritu S. congregatum; ergo est certa regula Fidei. Profecto contra Canum vim maximam habet argumentum. conclusio pendet ex præmissis, ergo non potest esse magis certa & vera, quam præmissa: sed altera præmissarum solum est certa, secundum Canum fide humana; ergo conclusio nequit esse diuina Fide certa. Quare meo iudicio Fide diuina credimus Concil. Nicæn. Ephesin. & Chalced. esse in Spiritu S. congregata, & habita, & confirmata: alioqui nullum est Concilium post Apostolos celebratum, quod credamus Fide diuina fuisse legitime coactum & confirmatum. Nec valet Cani argumentum, ex Sacris Libris, aut Apostolicis traditionibus. Non habemus ea Concilia esse legitime celebrata, ergo, id non credim⁹ Fide diuina. Respondeo, diuina Fidei credi, ea quæ dicit, & reuelat Spiritus S. per ecclesiam declarantem aut proponentem. Sed tota ecclesia docet & tradit, Conc. Nicæn. fuisse legitimum. non requiritur vt oia habeantur in libris Canonicis, aut Apostolicis traditionibus: Deus qui promissit se rogaturum Patrem, ne fides Ro. Pontificis successoris Petri deficeret, tacite, & implicite promissit, ne hic Romanus Pontifex in deficientibus rebus Fidei deficeret; ita etiam promissit hoc vel illud Concilium legitime, & in Spiritu sancto congregandum ad res fidei definiendas: quare eo ipso quod credimus Fide diuina definitiones Concilij Nicæni esse veras, credimus quoque Fide diuina illud esse Concilium legitime congregatum; nam ipsum Concilium in ecclesia publice promulgatum obligat nos ad credendum Fide diuina, quod est definitum in ipso, vt dogma fidei.

Dices, quod sit legitime congregatum, non est ratio credendi rem definitam, sed est cōditio, sine qua non crederemus. Item hoc Concilium, vel hic Ro. Pontifex est proponens tantum, non reuelans res Fidei. Respondeo, quæ creduntur Fide diuina, vt dixi, non solum innituntur testimonio Dei reuelantis, sed etiam testimonio Ecclesiæ vt iudicis, & interpretis diuini, in declarandis & tradendis sententiis fidei, & verumque; debet esse certum, & firmum, quia ex utroque pendet assensus fidei, alioqui enim si is, qui proponit docet, tradit, solum est fide humana dignus, poterit falli & fallere, vt videmus in Parocho docente populum, vel in quouis alio Priuato homine res Fidei annuntiantem & promulgantem; sicut enim nunc docet & tradit quod est fidei; sic fieri potest, vt annunciet & proponat quod est contra fidem: & tunc is qui ipsi fidem habet, cre-

det falsum non quidem ex fide infusa & diuina, sed ex humana, quæ credit illi vt homini, non vt iudici: & interpreti diuinitus dato.

## CAP. XIII.

## De Romani Pontificis auctoritate, &amp; potestate in Generale Concilium.

PRIMO quaeritur, An Romanus Pontifex perse, vel Legatos suos debeat in Concilio Generali præsesse? Debet vt recte probat Turrescremata in Summa de Ecclesia lib. 6. c. 22. Nam conuincit vsus, quem hactenus ecclesia seruauit. Act. 1. in Conc. Apostolor. quo electus est Marthias in locum Iudæ, Petrus, vt pote Apostolorum princeps, & totius Christianæ plebis præfides videtur. Dicitur enim: *Exurgens Petrus in medio fratrum dixit, vbi Glossa: Pastor, inquit, pro omnibus loquitur.* Et alia Glossa: *In medio eorum exemplo Christi fuisse describitur.* Et Act. 15. *Consenserunt Apostoli, & Seniores videra de verbo hoc: cum autem magna conuulsio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos: vbi Glossa: Pra omnibus quasi Princeps loquitur.* Item Romani Pontificis est Generale episcoporum Concilium conuocare, illius Canones, decreta & acta confirmare, et ego ipse est toti Concilio præfideret. Ipse est caput Catholice Ecclesiæ, sed caput totius corpori præest. Ipse est summus in terra Christi Vicarius, ergo vicem Christi gerens, concilio præfideret. Vnde Leo scribens ad Chalcedonense concilium, inter alia dicit: *In his fratribus, nimirum Paschasio, & Vincentio Episcopis, Bonifacio, & Basilio Presbyteris, qui ab Apostolica Sede directi sunt, me Synodo vestra vestra fraternitas confidat præfideret.* Et in Epistola ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum sic dicit: *Frates nostri ab Apostolica Sede directi qui vices mea Synodo præfiderant, probabiliter atque constanti iudicio ausibus obtulerunt.* Insuper Adrianus II. scribens Basilio Imperatori Constantinopolitano, vt haberet in 8. Synodo: *Voluntus, inquit, per vestras pietatis industria illi numero sum celebrare Concilium, cui nostri quoque missi Præsidentis, & culpatarum personarum differentias liquido cognoscentes, iuxta quod in mandatis acceperunt, singulorum libere discretiones exerceant.* Vnde Legati Adriani in eo concilio in hunc modum subscripserunt: *Ego Donatus Episcopus Hesbicus Ecclesiæ, locum obtinens Domini mei Adriani Summi Pontificis, & vniuersalis Papa, omnia quæ superius leguntur, huic sanctæ & vniuersali Synodo Præsidentis usque ad voluntatem eiusdem extimij Præsulis, promulgauit, & manus mea subscripsit, eodem modo subscripsit Stephanus Episcopus, nominans le Præsidentem; sic etiam subscripsit Martinus Ecclesiæ Rom. Diaconus. Animaduertendum est ad concilio in quo Papa per se ipsum præest, ad ipsum Pontificem appellari iure non posse: quia esset appellatus ad eundem: at ad concilio in quo Papa solum per suos Legatos præfideret, potest iure appellari ad ipsum Pontificem, quoniam in primo casu tota concilij iurisdictione residet in Papa, vt in capite: in 2. casu iurisdictione concilij est delegata à Papa. Imola in c. *gratus de praben. n. 22. Bero. in c. 1. n. 5. & 6. de prab. & c. 1. n. 6. de iudicijs.**

Contra hæc quædam obijciuntur ab aduersariis. Primo, Nusquam facta literæ testantur, Petrum in concilijs Apostolicis præfedis. Respondeo, quæ quis expressis verbis id non dicant, implicite tamen significare: quod constat ex multis. Petrus enim primus ante alios loquitur, in medio fratrum stetit dicitur: item *Oportet, inquit, impleri Scripturam.* Et iterum. *Oportet ex his, qui nobiscum sunt.*

Secundo obijciunt: In concilio Chalcedonensi Martianus Imperator legitur præfedis, & ibi iudicis destinati dicuntur. Respondeo, id esse omnino falsum: nam ipse Martianus Imperator Act. 16. Concilij sic ait: & habetur in ca. Nos. dist. 96. *Nos ad fidem roborandam, non ad potentiam aliquam ostendendam, sive exercendam, exemplo religiosissimi Principis Constantini Synodus interesse volumus, vt veritate inuenta, non multa multitudo prauis doctrinis tradita disceret.* Ergo ipse Imperator ingenue confitetur se non inter-

elle Concilio ad iudicandum, vel ad definiendum res Fidei, sed ad protegendum Concilij Patres, ad reprimendos Hæreticorum conatus, ad sedandos a uersariorum tumultus, ad sumptus faciendos; denique ad remouendum quicquid poterat impedire, quo minus Concilium tuto, ac libere procederet. Quod si Imperatores in Concilij non aderant ad definiendum, multo minus in Concilio Chalced. dicantur iudices ab Imperat. destinari, se. iudices ad audiendos aliterantes de alijs causis, qui si non adessent, & eas lites componerent, impedirentur Episc. congregati, ne commode res Fidei definire possent. In e. sat. dist. 96. ex Nico. Pap. dicitur: *sed Theodos. minor S. Synod. scribens dixit: Deprecatus est ergo Claudian. magnificenti. Comes strenuorum domesticorum transire usque ad sacratissimam Synodum nostram. Et in nullo quidem que faciendæ sunt de pijs dogmatibus, quasi. seu potius expositiones communicare. Illucitum namque est. eum, qui non sit in ordine sanctorum Episcoporum, & Ecclesiasticis immiseri tractatibus.*

Tertio obijciunt: In concilio Chalced. & in concilio 8. Constant. Legat. Pap. dicantur omnia fecisse mandato, & auctoritate Conc. Respondetur, in concilio Chalced. aperte legitur, eum Patres illius concilij deserent Episcop. Constantinop. primatum, post Rom. Pont. supra alios Patriarch. Antioch. & Alexandri. Legatos Pontificios restituisse, quia id tale in mandatis Leon. Pap. non habebant, & preualuit eorum sententia: quam Leo ipse confirmauit. Preterea Legati Romani Pontificis in 8. Synod. Art. 5. Prædicentes, sententiam contra Photium protulerunt, d. centes. *Vidistis fratres, vidistis, & audistis quæ ex multo tempore dicta, & gesta sunt de huiusmodi causa; & nã paruit uobis omnibus, quia irreceptibilis erat promissio huius uiri, & depositio Sanctissimi Patriarch. Ignatii de sede sua, siue iustitia, & siue legibus fuerit illa. Nos ergo non nouimus aliquod, uel recentis iudicium iudicauimus, sed uetus, & ex multo tempore prædicatum quidem à Sanctiss. Papa; formatum autem à Sanctiss. Pap. Adriano. & non per ipsius uisum transierit; & commoueri à patris desinitioibus, & legibus, nec desinare ad dexteram, nec ad sinistram. Scripsimus etiam omni: Aucti sibi leges patris, & ne repellat uera matris rursus, & infra: Tale conatiun abijcimus, & anathematizamus, ne uictorius contra Ecclesiam qualibet uia forte in omni seculum maligna introducatur adu. Et in fine: *Quid ergo placet talia iura nostra, & nostra facta, quæ si apud uos non fuerint acceptabilia, nos tamen super montem excelsum huius synodi ascendimus, & exal abimus in fortitudinem uocem nostram. Evangelicæ uobis, & consequentiam, quæ facta, & ore promulgata est sanctorum Patrum nostrorum à gratia Spirit. S. Ad hoc quod dicitur Synodus fuit hæc quæ à nobis perlectionem dicta sunt, apud uos accepta: Sancta uniuersalis Synod. exclamauit: Receperimus omnes. Valde quippe sunt discreta, & congrua, & consona Ecclesiasticis regulis, & legibus.**

Secundo quaeritur, An Generale concilium auctoritatem, & potestatem iurisdictionis habeat proxime à Deo, an uero potius proxime à Rom. Pont. De hac quaestione Turrecremat. in Sum. de Ecclesia. lib. 3. c. 28. & sequentibus. In ca. 29. ait: *Surrexerunt quidam nouelli magistri hoc nostro tempore, qui dogmatizare ausi sunt quod uniuersale Concilium potestatem immediate habeat à Christo, & tantam, & tam plenam, ut ei omne fidelis cuiuscunque status sit, aut præ eminentia, etiam si Papalis, obedire teneatur: sic ille. Hoc dixit: quia tempore Conc. Constant. & Basil. in quibus ipse Turrecremata intercessit, fuerunt aliqui tum Theologia. tum iuris Canonici Doctores, siue Magistri affirmantes, Patres in Generali concilio congregatos habere proxime iurisdictionem, & potestatem à Christo, non à Rom. Pont. quorum sententia nostro hoc tempore est periculosa, nam in concil. Florent. sub Eugenio IV. & Lateran. sub Leone X. decretum est sic: *Disserimus S. Apostolicam Sedem, & Rom. Pont. in uniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Roman. suæ sessorum esse B. Petri princip. Apost. & uerum Christi Vicarium totius Ecclesie caput, & omnium Christianorum patrem, ac doctorem existere: & in B. Petro pastorem, regendum & gubernandam uniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam**

potestatem traditam esse: quem admodum etiam in gestis Occidentium Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur. Sic ibi Leo, ut habetur in e. tra. Dominus d. 19. sic ait: *Hæc in munera sacramentum ita Dominus ad uniuersum Apostolorum officium pertinere uoluit, ut in beat. Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocaret, ut ab ipso quæsi quodam capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet, ut exortens se ministerij intelligeret esse diuini, qui auget fuisse à Petri soliditate recedere. Quid clarius? ergo si Romanus Pontifex est totius Ecclesie caput; si pascendi, regendi, & gubernandi uniuersalem Ecclesiam proxime à Christo Domino potestatem accepit: si per ipsum, tanquam per caput Christus sua dona in omne corpus Ecclesie diffundit, & generale concilium repræsentat uniuersalem Ecclesiam: sequitur, ut tanquam corpus suam iurisdictionem, & potestatem proxime à Rom. Pont. tanquam à suo cap. accipiat & habeat. Unde S. Thom. in tract. contra Impugnantes Religionem: S. Patres, inquit, in concilio congregati, nisi status repositi sunt, nisi auctoritate sum. Pontif. interveniente, sine qua citatio Concilium congregari non potest. ita S. Doctor.*

Aduersarij quædam obijciunt. Primo, Matth. 18. ubi Christus dixit Apost. *Quæcumq; alligaueritis in terra, erunt ligata & in celo, ergo Christus proxime dedit Apostolis iurisdictionis potestatem, & in Apost. Episcop. qui in eorum locum successerunt. Ioan. 20. dixit Christus: Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Ergo Apostolus, & in illis Episcopi à Christi proxime acceperunt potestatem clauium. Matth. 18. Vbi fuerint duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ergo concilij Patres proxime habent sibi Christum assistentem: ibidem: *si Ecclesiam non audierit sibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Sed Generale concilium repræsentat uniuersalem Ecclesiam, ergo qui concilium non audit, est pro Ethnico habendus. Respondetur ad hæc omnia, solum probari, in uniuersali Ecclesia esse potestatem iurisdictionis, sed non per se, & proxime à Christo acceptam, sed media Rom. Pont. auctoritate, quia Ecclesia, & Rom. Pont. se habent tanquam corpus, & caput, ac uirtus à capite descendit in corpus.**

Secundo obijciunt, quia in 8. Synodo Patres congregati in damnatione Photij, ita dixisse leguntur: *Hoc autem uolentem intelligere Photium, ut bene egeret, sed inobedientem, & resistentem huic uniuersali Synodo repulimus & anathematizauimus, atque à tota Catholica & Apostolica Ecclesia fecimus alienum, per datam nobis potestatem in Spiritu S. à primo, & magno Pater nostro, & Deo liberatore, & saluatore cum totorum. Respondetur eum Turrecremat. a libro citato cap. 31. in Responsione ad S. Patres in eo concilio non dixisse se proxime à Christo Dom. no potestatem habere: habebant quidem, sed media Romani Pontificis auctoritate, cuius, tanquam capitis, corpus & membra erant, alioqui enim, cum dicit Apostolus ad Rom. 15. *Nõ est potestas nisi à Deo*, consequens esset, quicunque potestatem habeat, eam proxime à Deo habere, quod est falsum.*

Tertio, quia in concilio Constantiensi sic habetur: *Synodus uniuersalis, representans uniuersalem Ecclesiam, habet immediatam potestatem à Christo, cui quilibet fidelis cuiuscunque status, & dignitatis sit, etiam Papalis, obedire tenetur. Respondet, & recte, Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 2. ca. 99. dicens: Nusquam concilium Constantiense decretum edidisse in hanc modum: *Uniuersalis Synodus representans Ecclesiam militansem, immediatam potestatem habet à Christo, sed his uerbis: Hac sancta Synodus Constantiensis Generale Concilium faciens, pro extirpatione præsentis schismatis, & uisione, ac reformatione Ecclesie in capite, & in membris faciendâ, declarat ut in ipso Spiritu sancto congregata, Generale Concilium faciens, & Ecclesiam Catholicam militansem representans, potestatem habet à Christo immediate: Quapropter in eo Decreto non loquitur Concilium in uniuersum de omni Synodo Generali, sed speciatim de illo Concilio Constantiensi, quod erat congregatum tempore, quo tres incerti & dubij Romani Pontifices pro certis & ueris**

lese gerebant, & ita convocatum erat Concilium ad illud ichilima de medio tollendū. Eodem modo respondeo ad id quod obijciatur: si Papa esset notorius hæreticus, vel si mortuus esset, vel Pontificatum sponte deponeret, & Generale concilium cogereretur, hæbet tunc concilium proxime à Christo potestatem. Nullius ponderis & momenti est argumentum, quia tunc concilium Cardinalium, vel ecclesiæ cogereretur, ad creandum Pontificem Romanum, & ad dandum ecclesiæ caput, in his enim casibus voluit Christus, ut id posset ecclesiæ.

Tertio quaeritur, An quis licite possit appellare à Romano Pontifice ad Generale concilium: De hac quaestione Turrecremata lib. 3. summa de ecclesia c. 47. 48. 49. & Cardinalis Iacobus de Concilio libro 10. articulo primo. certi iuris est licite posse aliquem appellare à concilio Generali, in quo Papa solum præsidet per Legatos suos, ad Romanum Pontificem, non tamen à contrario. Cap. cuncta 9. quæst. 3. ex Gelasio sic habetur: *Cuncta per mundum novit ecclesiæ, quod sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, de omnibus fas habet iudicandi, nec cuiquam de eius liceat iudicare iudicio: si quidem ad illam de qualibet parte mundi appellandum est, ab illa nemo appellare permittitur.* Cap. si quis 2. quæst. 6. [quique pulsatus aliqua aduersione, licenter potest appellare ad Apostolicam Sedem, & ad eam quasi ad caput refugium habet.] idem habetur in c. Romanam eadem causa, & quaestione. Cap. patet 9. quæst. 3. dicit Nicolaus: *Præfeto S. d. Apostolica, cuius auctoritate maius non est iudicium, cap. nolite errare. dist. 11. in ea (videlicet Romana ecclesiæ) Dominus, totius ecclesiæ posuit principatum.* Cap. licet. de elec. dicitur: *In ecclesiæ Romana aliquid speciale constituitur, non potest ad superiorem haberi recursus, ubi Hostien. & Ioan. Andreas merito dicunt, quia ipsa est cæteris omnibus superior, & ea nulla est superior.* Egidius in conf. 99. quæst. 18. parte, citat multos pro hac sententia: & tandem dicit: *Caveant sibi, qui dicunt posse à Papa appellari ad Generale Concilium: quia videntur in ecclesiæ Dei ponere duo capita. & in eodem consilio q. 20. ait: Tales dogmatizantes sunt habendi in Fide suspecti, quia determinatum est ab ecclesiæ, quod credere, omnem creaturam subesse Romano Pontifici in spiritualibus, est de necessitate salutis, ut in Extravaganti, quæ incipit: Vnam sanctam habetur. Denique Pius II. Constitutionem edidit quæ aperte dicit, à sententia Papæ appellare ad Concilium futurum, nulli licere. Cuius Constitutionis meminit Alexand. in Rub. de appellat. eam Constitutionem renouavit postea Iulius I. cuius Constitutionis ad verbum meminit Card. Iacobus loco citato. ubi inter alia sic ait: *Sane licet olim felicitæ recordationis Pius Papa II. prædecessor noster de fratrum suorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium conciliorumque Prælatorum, ac diuini, & humani iuris Interpretum Curiam Romanam sequentium in dicta, seu congregatione Mantuana existentium approbatione matura prius, & grati præmissa discussione, & de eorundem congregatorum vicini consilio, & assensu, ac ex certa scientia promotione ad futurum Concilium efficacissimis, & palpabilibus rationibus tanquam erroneas, & detestabiles damnauerit, ac sub excommunicationis lata sententia, & interdicti penis præcepit, ne qua persona cuiusvis dignitatis, siue etiam Vniuersitatis, aut Collegium quousvis qualitate colore, ab ordinationibus, sententijs seu mandatis quibusvisque eius, ac successorum suorum appellationem huiusmodi interponere audeat, & contra facientes, una cum fautoribus suis, & consiliis auxiliium præstantibus, siue hi tabelliones essent, siue testes, siue Advocati siue alij quicumque, non solum penis, & censuris prædictis, sed etiam ijs quæ læsæ maiestatis, & hæreticæ prauitatis reus imponuntur, obnoxios esse statuerit, & paulo inferius: Nos igitur attendentes quam detestanda sit eorum peruersitas, qui proprijs inimici commodis, & nefarijs cupiditatibus mancipati, salubria decreta Patrum, & superiorum iussa spernentes, inconsultis Christi tunicam scindere, aut etiam scissionis causam præbere conentendunt, & Ecclesiæ unitatem diuidere, prædictæ Sanctæ Sedis Apostolicæ principatum tollere, & contra tot Sanctorum Patrum & sacrorum Conciliorum decreta enere, & damnabili-**

ter magna audacia obedire non erubescunt, & contra faciem verentur, & assentes inter cetera, consilientes, persuadentes, determinantes, seu interminationi huiusmodi intercessentes, solis consilij præstatione seu persuasione, deliberatione, aut determinatione, quod aliquibus casibus à Romano Pontifice, seu eius sententia, vel decreto ad futurum Concilium Generale appellari possit, dicta Pij prædecessoris Constitutio non obligari, nisi in ipsa actuali appellatione, & illius interpositione, vel scripturæ compositione se immiscuerit. Ne de cetero tali assertione succursare, ac tale quid in postea præsumere valeant, opportunitatem tam immani ac periculoso morbo medelam adhibere volentes hac generali, & in perpetuum valitura Constitutione ex certa nostra scientia, & potestate plantauimus, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio promulgata, sancimus Constitutionem Pij prædecessoris prædictam, tam circa, quam ultra montes, & in Viramontanis partibus, quoad omnes tam ecclesiasticas quam secularis personas, etiam Regali dignitate, & Cardinalatus honore fungentes, Capitula, Vniuersitates, Communitates, & Collegia, Congregationes, & Synodos, & Parliamenta, valuisse, & perpetuo valituram declaramus. Sic ibi.

Porro argumenta aduersariorum nullam vim habent: aliqua eorum solum probant, à Concilio Generali auctoritate Romani Pontificis confirmato appellari non posse: item, à sententia vniuersalis ecclesiæ cum Romano Pontifice suo capite coniunctæ. Item, si obijciatur, c. tam ex literis de integritate restitu. habetur: *Contra sententiam Papæ datur restitutio in integrum, & ibidem dicitur: Nemo gamus sententiam Romanæ sedis posse in melius commutari.* Et idem habetur in c. sententiam, & c. veniam 35. q. 9. & c. cum olim, de sent. & re iud. Respondeo in his decretis non haberi, posse Romani Pontificis sententiam auctoritate Concilij Generalis, vel corrigi, vel mutari, sed auctoritate eiusdem Pontificis vel successoris.

Tertio obijci potest Epistola S. Augustini ad Glorium, & Eleusium, ubi inter cetera contra quosdam Denegatistas, qui fuerant condemnati, Cæciliano episcopo Catholico absoluto sententia Melchias Romani Pontificis, sic ait: *Quod si dicebamur malos, & peruersos esse iudicatos: quæ vox est omnium malorum litigatorum, cum fuerint etiam manifestissima veritate superati. Et subiicit: Ecce putamus, illos Episcopos, qui Roma iudicauerunt, non bonos iudices fuisse. Restabat adhuc plenarium vniuersalis Ecclesiæ Concilium, ubi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, ut si male iudicasse conuicti essent, eorum sententia solueretur.* Hoc argumento putant aduersarij se a usum suam omnino euincere, sed argumentum illud sane facile diluitur: nam plenarij Concilij nomine intelligit Augustinus non quidem Generale Concilium, siue suo capite Rom. Pont. sed legitima ipsius auctoritate habitum, & confirmatum.

Quarto quaeritur, An Concilij Generalis decretis & legibus Romanus Pontifex teneatur? De hac quaestione Turrecremata in summa de Ecclesia li. 3. cap. 57. ubi satis efficaciter ostendit non teneri, quia omnis iurisdictio Patrum in Concilio Generali quicumque definitum existit ac pendet à Romano Pontifice: ac inferior non potest superiorem ligare: vnde fit, ut Concilium Generale nihil statuere possit, quod Romani Pontificis auctoritati, vel potestati deroget: nihil quo legem, vel Constitutionem à Romano Pontifice editam ex toto, vel ex parte abroget. Vnde in Concilio Chalcedonenfi Act. 10. cum Patres Concilij Constantinopolitanum Patriarcham Alexandrino, & Antiocheno præferrent, Vicarij Apostolicæ Sedis ita dixisse leguntur: *Sedes Apostolica nobis presentibus humiliter non debet: & ideo quacumque in præiudicium Canonum suæ regularum hæretica die gesta sunt nobis absentibus, sublimitatem vestram petimus, ut circumducui beneatis: si nullas contradicte nostræ his gestis in hæret, ut nouerimus, quid Apostolice viro vniuersalis ecclesiæ Papa referre debeamus, ut ipse aut de sua sedis iniuria, aut de Canonum euersione possit ferre sententiam.* Sic ibi. Et Leo ipse nunquam ratum habuit tale decretum, ut constat ex epistola eius 61. quamuis à Patribus



Concilij Chalcedonenfis constitutum, qui se auctoritate Synodi Constantinopolitane secundae tueri conabantur, ergo Romani Pontificis auctoritas valet contra Synodum Generalem, non è contrario.

*Si roges, An saltem Romanus Pontifex teneatur & obli- gatur decretis Concilij Generalis pertinentibus ad fide- dem? Respondeo, minime, quia talia decreta concilij, nisi confirmentur à Papa, certam & firmam Fidei regulam non continent. Obijcies: Multorum est opinio, Romanum Pontificem subijci decretis Generalis Concilij in his quæ ad Fidem spectant, quamvis non in his, quæ sunt iurisdictionis. Respondeo eam opinionem Doctorum locum habere in decretis Fidei, quæ auctoritate Romani Pontificis confirmata, non autem in his, quæ denuo conduntur, & nondum sunt à Romano Pontifice approbata.*

#### CAP. XIV.

##### *Alia quæstiones super eadem re diluuntur.*

**P**rimo quæritur, An Romanus Pontifex possit Generale Concilium rite coactum ad alium locum transferre, vel ad aliud tempus differre, vel omnino dissolvere, sine ipsius Concilij consensu? *De hac quæstione Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 3. c. 66. & seqq. Iacobatus de Concilio lib. 10. art. 6.* Olim tempore concilij Constantien. & Basilien. fuit magna controuersia de hac re inter Doctores, & vt testatur Iacobatus loco citato, Ludouicus Rom. & Abbas Panormit. senserunt, id non posse facere Romanum Pontificem absque concilij consensu. Idem censuit Petrus Ancharanus teste eodem Iacobatio, imo dicebat Gregorius XII. debere Saonam pergere, eo quod illum locum elegerat ad conuentum Episcoporum habendum: sed nunc dubitari non potest, quin id possit facere Rom. Pontifex rationabili, & iusta de causa. Nimirum si locus peste laboret, aut bello prematur, vel sit ab hostib. obsessus. Romanus enim Pontifex cum sit pastor totius Ecclesie, & concilio Generali præsideat per se, vel Legatos suos, potest sua auctoritate Concilium transferre ad alium locum, vel tempus, vel dissolvere.

**Q**uæres, possitne Romanus Pontifex suo nutu, & arbitrio concilium dissolvere, vel prorogare ad tempus, vel ad alium locum transferre? Cardinalis Iacobatus hic multa dicit, distinguendo varios casus. Sed breuiter dicendum est, si quærat, an Rom. Pontifex peccet id faciendo suo nutu sine rationabili & debita causa, tunc peccabit grauius, leuiusve, prout grauior, aut leuior causa existerit, qua prohibetur ne id faciat. Si vero quærat, An si Romanus Pontifex solo nutu suo id fecerit, factum iure valeat? Respondeo valere, ita vt ex eo tempore concilium desinat esse legitimum, quia non amplius à Rom. Pontif. auctoritate pender, & existit, cum eo contradicente concilium procedit.

**O**bjicitur ab aduersarijs Constitutio edita in concilio Constant. Sess. 39. quæ incipit: *Frequens*, vbi statutum est, vt decimo quoque anno Concilium congregetur, nec possit Rom. Pont. congregatum dissolvere, nec ad alium locum, vel tempus transferre. Hæc constitutio occasione dedit Doctoribus diuersa sentiendi in hac quæstione. Respondeo cum Turrecremata summa de Ecclesia lib. 3. c. 46. Constitutionem illam contra Rom. Pont. auctoritatem non valere; vnde Martinus V. qui est Pontifex in eo concilio creatus, Legatis, quos ad Concilium Senense miserat, potestatem dedit, vt concilium alio transferrent.

**P**orro animaduertendum est, in ijs casibus, in quibus Generale Concilium sine auctoritate Romani Pontificis legitime conuocatur, non posse Romanum Pontificem dissolvere, vel alio transferre, vt si congregatum sit, quia Papa est notorie hæreticus, vel quia duo, vel plures dubij, & incerti Pontifices sunt.

**S**ecundo quæritur; Vtrius iudicio, & sententiæ sit ad hærendum, Romani Pontificis ne, an Concilij si in causa, vel controuersia de fide, vel moribus discordent? *De hac quæstione Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 3. c. 64. & Iacobatus de Concilio lib. 6. c. 2. Causæ de locis Theolog. lib. 5. c. 5. q. 2. ver.* [Verum scrupulus hic existit,] & Iacobatus multa suo more adducit. Quæstio non est de eo casu, in quo Rom. Pont. tanquam priuatus homo aliquid senserit contra sententiam totius Generalis Concilij: tunc enim cum iudicium Rom. Pontificis humanum sit, quod falli, & fallere potest, non est ex necessitate præferendum totius concilij sententiæ: facilius enim solet vnus errare, quam multi. Quæstio igitur locum tunc habet, quando Rom. Pont. aliquid sentit de fide vel moribus, tanquam totius Ecclesie caput, & pastor. Et tunc dicendum est breuiter, iudicium Rom. Pont. esse totius Concilij sententiæ præferendum: nam Rom. Pont. vt Petri Successor & Christi Domini Vicarius in terris, habet assistentem sibi Spiritum S. ne in Fide erret: quod Synodus Generalis antequam Pontificiam confirmationem non habet. Vnde ipsum concilium & tota Ecclesia Generalis sequi debet sententiam Rom. Pont. in fide vel moribus, sicut oves suum Pastorem sequuntur, & sicut membra, & corpus capitis ductu diriguntur.

**D**ices; contra rationem est, vt plus, & certius videat vnus quam multi. Respondeo, si iudicium illius vnus sit diuinum, & iudicium multorum humanum, tunc iudicium vnus est multo certius & verius, quam iudicium multorum.

**T**ertio quæritur, Quid sit dicendum, si Patres Generalis concilij inter se dissentiant, ita vt maior pars vnum dicat, aliud vero minor, vtrius partis iudicium & sententiâ sequi debeat Rom. Pontifex? *De hac quoque quæstione Causæ loco citato, Turrecremata libro præfato c. 65. Iacobat. lib. 6. art. 3.* Distingendum est, aut controuersia de qua agitur inter Patres Concilij, est Fidei, vel iuris diuini, vel naturalis, aut est tantum quæstio iuris humani. Si primum, nullo iure cogitur Rom. Pont. sequi iudicium, & sententiam maioris partis: id enim sequi debet, quod assistente sibi Deo iudicauerit definiendum, siue maior, siue minor pars Concilij id senserit: iudicium enim Romani Pontificis, est diuinum, vt pote in Spiritu sancto sibi peculiariter assistente, & quamuis in humanis fere plurima sententia præualeat, non in diuinis tamen. Si vero quæstio sit de his, quæ sunt iuris humani, tunc Rom. Pont. vt prudenter, & fideliter agat, sequi debet iudicium partis meliora sentientis, siue maior ea pars sit, siue minor. Quod si nutu suo id statuat quod vult, posthâbitis Patrum sententijs, peccare quidem poterit grauius, leuiusve pro grauitate, vel leuitate materiæ: sed decretum eius valebit, quia est decretum capitis, & summi in Ecclesia Pastoris, qui supremam nullam habet nec agnoscit iurisdictionem, & potestatem, & sine quo nulla est aliorum Episc. iurisdictionis.

**Q**uarto quæritur, An summus Pontif. possit generalis Concilij Canones, siue decreta ex toto vel ex parte abrogare sine Concilio generali? *Hanc quæst. tractarunt Iacobat. de Concil. lib. 5. ar. 15. & ego in 1. par. Instit. Moral. lib. 5. c. 15. q. 5.* vt testis est Iacobat. Ludouicus Romanus, conf. 180. sensit id non posse Rom. Pont. hic Auctor fuit fautor concilij Basilien. & propterea multum tribuit potestati concilij generalis contra Rom. Pontif. auctoritatem.

**D**icendum est: Aut Canones & decreta Concilij sunt Fidei, siue iuris diuini, vel naturalis: & hæc Rom. Pont. tollere, aut mutare non potest, quamuis in his quæ sunt iuris naturalis, vel diuini, possit ex rationabili, & iusta causa aliquando dispensare, tunc enim ius diuinum, vel naturale non delet, aut mutat, sed hunc, vel illum ab eo iure iustis de causis eximit ac soluit. At si decreta, & Canones Concilij sint de his, quæ ad ius humanum spectant, eas Constitutiones Rom. Pontif. ex toto, vel ex parte dele- re, aut mutare potest. Sic habet communis opinio Theologorum, & iuris Canonici interpretum, & ratio est, quoniam

quoniam supremam gubernandi Ecclesiam potestatem habet. Quid dicendum, si solo suo nutu abroget, aut mutet? Respondeo factum valere, quamuis si imprudenter faciat, grauius, leuiusue peccabit, pro grauitate, vel leuitate rei, de qua Constitutio loquebatur.

Si obijcias, in c. *scilicet*, d. 15. dicit Gregorius, se suscipere quatuor Concilia Generalia, sicut quatuor Euangelia. Respondeo, id locum habere in his quae sunt fidei, & iuris diuini, nam Rom. Pontifex iuri diuino subijcitur: & Conciliorum decreta in his quae sunt fidei, vel iuris diuini, aut naturalis, sunt potius declarationes & interpretationes iuris quam Constitutiones. Eodem modo respondeo ad multa alia, quae habentur in iure, vt in c. *contra statuta* 25. q. 1. dicitur: *Contra decreta Patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potestatis auctoritas: nimirum si sint decreta fidei, iuris diuini, vel naturalis: quod si iuris humani, non potest, videlicet sine aliqua rationabili & iusta causa.* Idem respondeo ad illud, quod obijci potest ex c. *sunt quidam*, c. *violatores*, c. *prima salus*, c. *que ad perpetuam*, c. *nulli fas*, c. *in sanctis*, 25. q. 1. vbi Papa dicit se debere instituta Patrum vique ad animam & sanguinem tueri. Idem respondeo ad id, quod habetur c. *Decretales* d. 20. c. *de Libellus*, d. 4. c. *in istis*, d. 16. c. *sancta octo*, d. 19. vnde Leo ad Martianum scribens ait: *Nicana Synodi decreta nulla possunt improbabilitate conuelli, nulla nouitate violari.* Et subiungit: *In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendum, necesse est, me perseverante exhibere mandatum, quoniam dispensatio mihi credita est; Et ad meum tendit reatum, si paternarum regule sanctionum, quae à spiritu Dei inspirante condita sunt, (me, quod absit) committente violenter.*

Quinto quaeritur, An Generale Concilium possit constitutionem Roman. Pontificis tollere, aut mutare; Hanc quaestionem tractant Iacobus, de *Concil.* lib. 5. c. 16. Glossa, & communiter Doctores in *Clemen. 2. de elect.* c. *venientes de iurisdictione*, vbi negant id posse facere Concilium, quod ratio ipsa conuincit, quia decreta Concilij robor, & firmitatem accipiunt & habent à Rom. Pont. ergo sine ipsius consensu abrogare, vel mutare nequeunt constitutionem Pontificiam.

Sexto quaeritur, An Rom. Pontifex per clausulam generalem, *Non obstante quavis Constitutione Concilij Generalis contrarium decernente, vel Non obstante quacunque Constitutione in contrarium faciente*, derogare intelligatur Constitutioni Concilij Generalis? De hac quoque quaest. Iacobus, *lib. 5. ar. 18. Archid. c. 1. de Constit. in 6.* sentit, quando aliquid impetratur à Rom. Pontifice contra Constitutionem Concilij Generalis, non videri derogatum esse tali Constitutioni per solam clausulam generalem, nisi specialiter dicatur: *Non obstante Constitutione Concilij Generalis*, nimirum Lateranens. vel Viennens. & Felin. in c. *nonnulli de rescript.* ait, non esse tutum ab Archidiaconi opinione recedere, sed vt testis est Iacobus, loco citato, contra Archidiaconum, & Felinum, est communis opinio asserens, nullam esse differentiam inter Constitutionem Concilij, & Constitutionem cuiusuis alterius iuris communis. Vnde sicut Constitutioni cuiusuis iuris alterius communis Rom. Pontifex intelligitur derogare per clausulam generalem, Non obstante quavis Constitutione in contrarium faciente: sic etiam Constitutioni cuiusuis Concilij Generalis. Ita Innoc. & Hostien. in c. *penult. de Capell. Monacho*. Nisi, inquit Iacobus, Constitutio praecedens haberet clausulam derogatoriam sequentis, vt docet Bald. & alij in l. *humanum, C. de legibus*: & nisi primum Constitutio contineret expresse priuilegium certae alicuius personae. Princeps enim non intelligitur priuilegio alteri acquisito derogare, nisi exprimat. l. 2. §. *Legatus, ff. de iudic.* Falsus est Archidiaconus quod putauit, in Constitutione Concilij Generalis tacite contineri clausulam derogatoriam cuiusuis sequentis legis, vel Priuilegij. Non enim magis continet hanc clausulam Constitutio Generalis Concilij, quam Constitutio cuiusuis alterius iuris communis.

Septimo quaeritur, An Rom. Pontificis auctoritas sit

maior, & superior, quam Concilij Generalis: De hac quaest. Iacobus, satis prolixè de *Concilio* lib. 10. c. 7. In vtramque partem plus æquo argumenta multiplicat. Hæc quaestio tempore Concilij Constantien. & Basiliens. agitata commixta inter Doctores tum Theologiae, tum iuris Canonici: fuitque seminarium multarum aliarum quaestionum, in quibus nonnulli Theologi, & Canonici iuris interpretes plerumque tradiderunt contra Rom. Pontificis auctoritatem cum scandalo, & offensione multorum, quia plus quam par est, Concilij potestatem contra Roman. Pontificem tueri conati sunt. Senserunt enim, maiorem esse potestatem Concilij, quam Romani Pontificis, & Rom. Pont. esse quidem caput omnium ecclesiarum particularium, at subijci Concilio Generali, quando episcopi legitime congregantur: tunc enim representant vniuersalem ecclesiam, quæ solum habet Christum tanquam caput, à quo proxime accipit potestatem. Sic Cardinalis Cameracensis tractat de potestate ecclesie. Ioan. Gerson Parisien. Cancellarius in tract. de potest. ecclesie, & in alio tractatu, *An auctoritate gaudeat Ecclesia?* Nicolaus Cusan. Cardin. in tract. de concordantia Canonica maxime lib. 1. c. ult. Abbas Panormit. in serm. qui incipit, *Quoniam veritas*, & in serm. incipiente, *Episcopus*, lib. 2. c. in serm. habito in Concil. Basiliens. qui incipit, *Maximo*, & in c. *significasti*, de elect. c. *quanto de consuetud. c. preposui de concess. praben.* Ludouicus Rom. in tribus vltimis consilij. & in cons. 22. quod incipit, *Circa propositum*, & in tract. de potest. vniuersalis ecclesie. Hanc sententiam lecti sunt multi in Concil. Basiliens. & postea Douët. Theol. Paris. Ioan. Maior. & Iacob. Almainus.

Sententia contraria omnino tenenda est, quia iuri Canonico, Decretis Conciliorum, & Romanorum Pontificum, & magis Euangelio, & iuri diuino conueniens. Et cum modo hæc sententia amplius in dubium vocari non possit, non est quod in ea probanda immoremur, satis efficaciter eam Turrecremata, Caietanus, & Iacobus. Cardinales comprobauerunt. Est enim Rom. Pontifex summus Christi Vicarius, caput post Christum totius ecclesie, ecclesie Rom. dicitur in iure sepius mater, & magistra, & forma, ac fundamentum omnium ecclesiarum: Christus Dominus ecclesiam suam super Petrum petram firmam fundauit: in ecclesia Monarchicum principatum reliquit, qui omnium principatum optimus est, & in quo vnus præest, non multi: Nec est quod nobis obijciantur decreta Concilij Constantiensis, & Basiliensis, in quib. habetur Generale concilium representare vniuersalem ecclesiam, & proxime à Christo iurisdictionem, & potestatem habere, eique quem libet, etiam Papalis dignitatis, & status obedire debere; cum Constitutio concilij Constantiensis edita sit tempore, quo non erat in ecclesia certus & indubitatus Romanus Pontifex: & extirpandi schismatis gratia fuerit congregatum. Gregorius XI. Benedictus XIII. & Ioan. XXII. vulgo dictus XXIV. qui dubij & incerti Pontifices erant, concilio parere cogebantur.

Nostri vero quaestio est de Romano Pontifice legitimo, vero, & certo, nec manifeste vel notorie hærenico, concilij vero Basiliens. constitutio vim non habet, quia edita est tempore, quo Eugen. IV. verus, & certus Pontifex concilium dissoluerat, vt testis est Turrecremata, qui eo tempore vivebat.

## CAP. XV.

### De Ordine, & modo quo Patres in Generali Concilio procedunt.

PRIMO quaeritur, Quo ordine Patres in concilio Generali sedent, sententiam dicant & subscribant decreta? De hac quaest. Turrecremata in *sum. de Eccl.* li. 3. c. 26. Iacobus, de *Cõc. li. 1. ar. 12.* Ambo isti inter Patres Concilij hunc ordinem ponunt, vt primum locum teneat Rom. Pont. tanquam caput: secūdum Cardinalis Hostien. eo quod ex priuilegio

legio Rom. Pontificem consecrat, *ut dicit Hostien cap. anti-  
qua de primis leg.* tertium locum iure communi iniquitanti-  
dem auctores, nisi obster Rom. Ecclesie consuetudo, tenent  
quatuor Patriarcharum, hoc ordine. Constantinopoli-  
tanas, Alexandrius, Antiochenus, Hierosolymitanus.  
De quo quatuor Patriarcharum ordine habetur in *cap. anti-  
quas, de primis leg. c. renovantes, d. 23.* Post hos quatuor Pa-  
triarchas, sequuntur etiam iure communi, nisi aliud ha-  
beat Rom. Ecclesie consuetudo, quatuor alij Patriarcharum,  
sive potius Primates, Aquileiensis, Bituricensis, Gradensis,  
Cantuarjensis: *de quibus Archidiaconus, & Glessa in cap.  
consuetudis, de appell. c. Cleros, d. 21.* Postea iure communi  
sequuntur Cardinales primo Episcopi, deinde presbyteri,  
tertio Diaconi. His succedunt archiepiscopi, & his epi-  
scopi: postea vero abbates, qui iurisdictionem quasi epi-  
scopalem habent, & insignibus Pontificalibus utuntur;  
deinde alij Abbates simplices: post quos sequuntur Ge-  
nerales religiosorum Ordinum, Ministri, sive Praefecti.  
Inter hos autem, videlicet archiepiscopos, episcopos, ab-  
bates, & ministros ordinum generales servatur ordo iuxta  
tempus ordinationis eorum, §. *Episcopi, d. 17.* Porro iuxta  
Rom. Ecclesie consuetudinem Cardinales praecedunt  
omnes Patriarchas, etiam quatuor illos primos: quia etiam  
iamque Diaconi, vel presbyteri Cardinales potestate ordinis  
sunt minores Patriarchis, Primatibus, & Episcopis, & Ab-  
batibus, ordine tamen dignitatis sunt potiores & maio-  
res: nam post Rom. Pontificis dignitatem nulla est Car-  
dinalatu superior. Est penes Cardinales ius summi Pon-  
tificis eligendi, & ipsi cum Rom. Pontifice vnum veluti  
corpus efficiunt: cum eo in Consistorio de rebus totius  
reipub. Christianae consultant, eorum consilio, & pruden-  
tia Roman. Pontifex utitur, ex ipsis legatos à latere ad re-  
ges, principes, & provincias mittit. Si nunc generale Con-  
cilium conuocaretur in quo interessent quatuor illi Pa-  
triarchae Orientales, tanquam Ecclesiae Romanae adhaerentes,  
magna lis esset, utri post Papam digniorem, & hono-  
ratiorem locum habere deberent, quatuor illi Patriar-  
chae, an Cardinales S. R. Ecclesiae: Patriarchae enim se-  
cundum ius commune sibi nobiliorem locum debere con-  
tenderent: at Cardinales dicerent secundum Romanam  
Ecclesiae morem se eminentiorem locum habere debere.  
Certe ob commune pacis bonum res ita componeret: ut  
utriusque suo essent iure contenti. Legenda essent acta  
Concilij Florent. Sess. 1. celebrata Ferrariae, in qua inter-  
fuit Patriarcha Constantinopolitana, & tres legati alio-  
rum trium Patriarcharum Orientalium.

Secundo quaeritur, Quibus vestibus patres in Concilio  
Generali induantur, dum sedent & sententias dicunt? Tur-  
recremata, & Iacobatus testantur eos mitris albis orna-  
tos, & ceteris Pontificalibus vestibus in Concilio adesse,  
sedere, & sententias dicere: sic observatum esse in Con-  
cilio Constantiensi, & Basiliensi, ait Turrecremata. Et  
certe id ratio suadet, quia tunc conveniunt, ut Ecclesiarum  
pastores, ut iurisdictionem à Roman. Pontifice acci-  
piunt, & habent, ut de rebus totius Ecclesiae & reipubl.  
Christianae consultant, tractent, Canones, & decreta con-  
stituant.

Tertio quaeritur, vndenam incipere soleat Synodus  
Generalis? Respondet Turrecremata ab oratione, qua  
diuinum auxilium implorat. Vnde vnus ex patribus  
publice rem diuinam facit, Missam de Spiritu sancto de-  
cantans.

### C A P. XVI.

*De numero generalium Conciliorum, & quid in sin-  
gulis eorum actum: & definitum sit.*

**S**Cite oportet, quot haecenus celebrata sint Generalia  
Concilia, quo tempore, sub quibus Romanis Pontifi-  
cibus, & Imperatoribus, & quibus de causis.

Primum est Nicaenum anno Domini 325. qui erat an-

*Azor. Instit. Moral. Pars II.*

nus Pontificatus Syluestri 12. & Constantini Magni an-  
nus 20. Imperij, ut constat ex Act 2 Concil. Chalcedonen-  
sis, & Euseb. in vita Constantini, lib. 3. c. 14. & lib. 4. c. 40. &  
47. quod auctoritate Syluestri Roman. Pontificis, curan-  
te, petente, & fauente Constantino Magno Imperatore  
coactum est. Falso quidam, ut Sozom. lib. 1. c. 16. Nicepho-  
rus lib. 8. cap. 14. scripserunt sub Iulio Papa celebratum es-  
se. Sozom. lib. 2. c. 13. ait: *Constantinus indicit Concilium Ni-  
caeae urbe Bythinia, scribitque ad omnes Ecclesiarum Praesules,  
ut ad diem praestitutam adsint.* Quod dicit, *Constantinus in-  
dicit Concilium*, intelligitur de literis Imperatoris, quas ex  
sententia episcoporum scripsit. vnde Rufinus lib. 5. c. 1. di-  
cit: *Ex sententia sacerdotum, Constantinus Concilium conuo-  
cauit. Conuenerunt iracundi, & decem octo Episcopi, omnes fere  
ex Oriente: ex Occidente vero Orosius Cordubensis Episcopus  
Syluestri Ppae legatus. Damna est in eo haeresis Arianus negantis  
diuinitatem Filii in Trinitate. Editum est Symbolum fidei, in  
quo diuinitas Filii est plene explicata: adhaecque est illa particu-  
la: (Consubstantialis Patri) cum Arianis contenderent non esse  
dicendam, eiusdem substantiae, sed similis. Definitum quoque est,  
celebritatem Paschalem non esse colendam quarta aeterna Luna  
primi mensis, quo Iudaei suum Pascha celebrant.* Hoc Con-  
cilium religiosissime veneratur Ecclesia tanquam primum  
& sanctum. Interfuerunt in eo sanctissimi Praesules, inter  
quos multi erant grauissima tormenta passi persecutioni-  
bus sub Diocletiano, Maximiano, & Maximino Impera-  
toribus. Editi sunt multi Canones, quamuis apud nos  
non extant, nisi viginti. Cano. 11. videntur condemnari isj,  
qui Christiani facti ad militiam reuertuntur, quasi non liceat  
Christianis militare. Damnat Concilium non mili-  
tiam, sed eos qui militare cingulum, quod erat insigne  
honoris, ambientes, à Christi fide suscepta recedebant.

Secundum Concilium fuit Constantinopolitanum an-  
no Domini 381. ut ait Onuphrius in *Chronico.* anno Da-  
masi Papae 15. & Theodosij senioris Imperatoris 12. teste  
eodem Onuphrio. quod erat centum quinquaginta Pa-  
trum: congregatum est auctoritate Damasi Romani Pon-  
tificis, curante, petente, & fauente Theodosio seniore Im-  
peratore. Damna est in eo haeresis Macedonii Episco-  
pi Constantinopolitani, qui Spiritus sancti diuinitatem  
negabat. Vnde ad Symbolum Nicaenum addita sunt ea,  
quae ad Spiritus sancti diuinitatem spectant: (*& Spiritum  
sanctum Dominum, & uisificantem ex Patre procedentem,  
cum Patre & Filio simul adorandum, & conglorificandum, qui  
locutus est per Prophetas:* quae patres Nicaenae Synodi mi-  
nime expellerunt, quia tunc exorta non fuerat haeresis,  
quae Spiritus sancti diuinitatem negabat. Sunt editi Ca-  
nones Septem.

Tertium Concilium fuit Ephesinum, auctoritate Cae-  
lestini Papae petente, & fauente Theodosio iunioris Im-  
peratore conuocatum. Conuenerunt Episcopi plusquam  
ducenti ex Oriente. Celebratum est anno Domini 430.  
anno Caelestini Papae 5. Theodosij Imperatoris 29. teste  
Onuphrio, in *Chronico.* Praesuit in eo Cyrillus Episcopus A-  
lexandrinus, Caelestini Romani Pontificis Locumtenens.  
Cōdemnata est in eo haeresis Nestorii Episcopi Const-  
antinopolitani, ponentis in Christo duas personas, huma-  
nam, & diuinam. Vnde dicebat beatissimam Virginem  
dici non debere Dei Genitricem, sed Christi hominis. Item  
Christum hominem gratia, & adoptione, non natura esse  
filium Dei. Hanc haeresim Nestorius ex Theodoro Mop-  
suestensi Episcopo accepit: qui postea condemnatus est  
in Concilio V. Generali. Petro Ioannes Antiochenus Epi-  
scopus vna cum Episcopis sibi subiectis ad Concilium ve-  
nit post condemnationem Nestorii: at propterea à Cy-  
rillo Alexandrino dissentire cepit fauens Nestorio: Io-  
anni adhaerens Theodoretus, ipse quoque à Cyrillo dis-  
sensit. Er quia Cyrillus duodecim Capitula contra toti-  
dem Nestorii blasphemias conscripserat, inter quae Spiritum  
sanctum dicebat esse Patris, & Filii, & à Patre, & Filio  
procedentem, Theodoretus contradiens scripsit Spiritum  
sanctum non procedere à Patre, & Filio, nec à Patre

pernitium: occasio sumpta est ex Theodoretis verbis, vt Graeci longo post tempore negauerint, Spiritum sanctum ex patre, & filio procedere: quamuis contra Theodoretum semper tenuerunt procedere ex patre per filium. Anno Domini 449. coacta est Pseudo-synodus Ephesina 118. Episcoporum. Ad eam misit Leo Papa suos legatos Iulianum Episcopum, Renatum Presbyterum, Hilarium Diaconum. In ea ob nimiam Diocesi Alexandrini episcopi Eutychemi potentiam conuenientibus episcopis absolutus est Eutyches Abbas Heterodoxus, & approbata eius haeresis. Synodus haec praedicta dicitur: scelerati haeretici in catholicae fidei defensores fuerunt, Legati Pontificii fuga elapsi tandem post multa pericula, & insidias in vrbem rediere: per eos Leo Papa, ceteris factus est de his omnibus, quae in illo Conciliabulo acta sunt. Damnauit hanc Synodum Leo Papa, qui Romae curauit, vt Concilium cogere, in quo rescinderentur omnia acta Pseudo-synodi Ephesinae.

Quartum Concilium fuit Chalcedonense auctoritate Leonis Papae, instante & vigente Martino Imperatore congregatum. Anno Domini 451. Leonis Papae 12. Martiani Imperatoris 2. Conuenit: eo sexcenti, & triginta episcopi: damnata est haeresis Eutychemi Constantinopolitani Abbatis, & Diocesi episcopi Alexandrini, negantium in Christo duas naturas, humanam & diuinam. Dicebant illi, f. d. Incarnatione verbi, Christum non in duabus naturis subsistere, sed ex duabus factam vniam, siue commixtionem, & confusione, siue conuersione carnis in diuinitatem. In eo Concilio restitutus est in sedem suam Theodoretus episcopus, postquam clare, & expresse anathematizauit Nestorium: restitutus quoque est sedis suae Ibas episcopus Edessensis postquam anathematizauit etiam expressis verbis impium Nestorium: ambo enim antea scriptis suis Nestorio fauerant, ac fuerant in Synodo Ephesina 2. suis sedibus deiectionis. Respuit Theodoretus, & se cum Leone Romano Pontifice reconciliauit. Post Concilium Quintum Generale dissidium fuit inter catholicos: nam plurimi Concilium Chalcedonense recipere recusabant propter tria capitula edita in V. Concilio Generali. Primum de Theodoro Mopsuestensi episcopo, cuius impia scripta ibi damnantur: & tamen Theodorus in Concilio Chalcedonensi non damnatur. Secundum de Theodoro, cuius scripta aduersus duodecim capitula Cyrilli episcopi Alexandrini ibi reprobantur, & tamen Concilium Chalcedonense Actor. 8. ipsum Theodoretum sedi suae restituit. Tertium de Epistola Ibas episcopi Edessensis scripta ad Marinum Persam, quae in eo capitulo damnatur: & quod Cyrillum Alexandrinum episcopum vocet haeticum, & Nestorium laudet, & tamen Ibas episcopus in Concilio Chalcedonensi, vt catholicus recipitur, & in sedem suam restituitur. Totum hoc dissidium ex hanc fidei ignorantia nascitur. Nam reuera Theodoretus & Ibas primo Nestorio fauerant, & Cyrillum damnauerant, & contra illum scripserant: postea vero resipuerunt, & cum Cyrillo reconciliati sunt: & ita Concilium Quintum damnat eorum scripta, non personas. Concilium Chalcedonense recipit personas, quia iam resipuerant. Vnde Gregorius lib. 2. Registrum in additione 10. Epistola 10. scribens Sabino Subdiacono ait: *Excitantes maligni homines turbauerunt animos vestros, non intelligentes neque qua loquuntur, neque de quibus affirmant, asserentes quod aliquid de sancta Chalcedonensi Synodo pia memoria Iustiniani temporibus sit imminutum, quam omni fidei omnique deuotione veneramus: & sic quatuor Synodos sanctae, & vniuersalis Ecclesiae, sicut quatuor libros sancti Euangelii recipimus: De persona vero, de quibus post terminum Synodi aliquid statutum fuerat eiusdem pia memoria Iustiniani temporibus est ventilatum: ita tamen vt nec fides in aliquo violaretur, nec de eiusdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eandem sanctam Chalcedonensem Synodum fuerat constitutum, Anathematizamus autem si quis ex definitione fidei, qua in eadem Synodo prolata est, aliquid imminuere praesumat, vel quasi corrigendo*

*eius sensum mutare: sed sicut illic lata est, custodimus.* Haec ibi. *Et libro septimo, Epistola quinquagesima octa, scribens Secundino seruo Dei incluso, sic ait: Valde autem libenter accipi, quod tua me charitas de sua dubitatione requisitum, An Orientales Ecclesiae fidem atque doctrinam sanctae memoriae Leonis sequantur, ne fortasse earum sensus inter semetipsos primum Capitulorum defensione diuisus sit: vnde certam tuam definitionem esse desidero, quia praedictae sanctissimae Orientales Ecclesiae vno sensu, vna doctrina, fidem eiusdem sanctae memoriae Leonis tenent, sanctamque Chalcedonensem Synodum ita nobiscum custodiunt atque venerantur, vt nullus esse Episcopus reputetur, qui eiusdem Synodi defensor, restatorque non fuerit. Hinc est etiam, quod cum quatuor in praecipuis sedibus Antistites ordinantur, Synodales sibi Epistolae vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem Synodum cum aliis Generalibus Synodis custodire fateantur, sicut & nos auctorem Synathematice plene duimus, qui de fide eiusdem Synodi aliquid mutauerit, vel aliquid in ea addere praesumat. Nam Synodus quae post eam generaliter facta est, idcirco a nobis recipitur, quia eiusdem in omnibus sequatur honorem illius, auctoritatemque custodit. Et paulo inferius: Vt enim dilectionis tuae eadem vo breuiter loquar, sancta Chalcedonensis Synodus usque ad definitionem fidei, & prolationem Canonum de generalibus causis locuta est; nam post prolationem Canonum specialia Episcoporum certamina, sperare curauit. Epistola vero quam in ea Renouandissimus Ibas denegat suam, vt in extrema parte Synodi tacet, agnosces: quae videlicet Epistola Nestorium inuadit, & inquisitione non facta, damnatum asserat: Cyrillum vero in Apollinariano dogma cecidisse suspiciatur, & si totus superior textus praedictae Synodi legitur, quantum haec Epistola eidem Synodo aduersatur, inuenitur: quia scilicet sancta Synodus & Nestorium, sicut est, haeticum denunciat, & beatum Cyrillum Patrem catholicum veneratur. Epistola ergo, quam illum defendit, qui a Synodo damnatus est, & illum accusat, quem Synodus veneratur: proculdubio definitioni sanctae Synodi probatur aduersa. Sed quia eius defensores solent dicere, quod hanc Ibas eo tempore scripsit, quo adhuc Cyrillus propter duodecim Capitula, quae necdum exposuerat, dubius habebatur: In ipsa haec Epistola perpende, quia legitur, quod inter Orientales Episcopos, & beatum Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergo post concordiam pacis, post satisfactionem amota dubitationis haec eadem Epistola scripta est, constat quod non est Catholica, quae patrem Catholicum, atque in toto Synodi volumine laudatum haeticum haberet. Haec tenus Gregorius.*

In hoc Concilio Chalcedonensi Reclesiae Hierosolymitanae datus est honor Patriarchalis, vnde ex eo tempore episcopus Hierosolymitanus Patriarchae nomen obtinuit post Constantinopolitanum, Alexandrinum, & Antiochenum: antea enim subiectus erat Caesariensi, qui Syriae Metropolitanus erat. In Concilio enim Niceno Cano. 7. sic habetur: *Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, vt Aelia, id est, Hierosolymorum Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem: manente tamen Metropolitana ciuitatis propria dignitate.*

Quintum Generale Concilium fuit Constantinopolitanum secundum. Eusebius ait, indictum fuisse & congregatum a Iustiniano seniore Imperatore, Cathedram Petri tenente Vigilio Romano Pontifice. Intelligitur Iustinianus indixisse, & conuocasse Concilium, non quia id propria auctoritate fecerit, sed ex sententia Vigilij Papae, & aliorum episcoporum, qui sententia praecedente literas dedit ad episcopos, vt Constantinopolitani Concilium haberent. Celebratum fuit an. Domini 553. Vigilij Papae 17. & Iustiniani Imperatoris 26. teste Onophrio in Chronica. Conuenit eo 165. Episcopi multi ex Oriente Praeules, & pauci quidam ex Italia: coacta est haec Synodus contra Petrum Antiochenum episcopum, Animum Patriarcham Constantinopolitanum, Secerum, Theodorum, & Zoaram episcopos haeticos Origenianistas: & auctoritate episcoporum damnatione facta, constitutionem e didit Imperator, quia praefatos quinque haeticos iussit e suis sedibus deici iuxta sententiam Agapeti Papae, &

sanctorum Episcoporum. In hoc Concilio interfuit ipse Iustinianus Imperator: dicitur praefuisse huic Concilio Menas Patriarcha Constantinopolitanus, sed id factum est auctoritate Vigilij Papae, qui tunc in urbe Constantinopolitana erat: At Synodo non interfuit.

Damnauit quoque Synodus multa in Theodoro Mopsuestien. Episcopo, quod diceret, duas esse in Christo personas Dei, & hominis: vniorem Verbi cum natura humana factam esse non secundum personam, sed secundum gratiam: Beatissimam Virgineam non esse Dei Genitricem, sed Christi hominis: alium esse Deum Verbum, alium Christum, passionibus animae, & carnis concupiscentiis vexatum, & à malis infestatum, & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operum meliorem esse, & ex vitæ conuersatione incontaminatum constitutum, tamquam purum hominem baptizatum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: & per baptismum gratiam Spiritus sancti accepisse, & adoptionem promeruisse, & in similitudinem materialis imaginis adorari in persona Dei Verbi, & instar, Platonis, Epicuri, & Marcionis, qui propria inuenta secta, suos discipulos nominari fecerunt Platonicos, Manichæos, Epicureos, Marcionitas: Christum propriam sectam constituisse, ex qua vocati sunt Christiani. Condemnauit itidem Synodus impia scripta Theodoret, quos contra duodecim sancti Cyrilli capitula conscripsit: item Epistolam Ibe Episcopi Edesseni ad Matim Persam, in qua Nestorium, & Theodorum Mopsuestensem, & eorum impia dogmata defendit, damnatque duodecim sancti Cyrilli capitula: & ipsum Cyrillum hæreticum appellat.

Sexum Concilium fuit Constantinopolitanum Tertium, celebratum est anno Domini 681. Agathonis Papae 3. Constantini Imperatoris 13. *ut ait Onuphrius in Chronico*, res sic gesta est. Constantinus Imperator Pogonatus huius nominis V. summo studio conatus est, vt Constantinopoli Generalis Episcoporum conuentus haberetur, quo damnaretur hæresis Monothelitarum, id est, hæreticorum vnam tantum in Christo voluntatem ponentium, & vt Constantinopolitana Ecclesia cum Romana coniungeretur: præferant enim ei Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, Monothelitæ omnes. Vnde Imperator Indict. 6. pridie Idus Augusti Epistolam ad Dominium Romanum Pontificem misit, qua petebat vt ad se Legatos mitteret, qui Generali Concilio præfiderent. Nam Theodoro, inquit, *Exarcho mandauit congregatis & Episcopis ad Concilium venientibus naues idoneas, & sumptus necessarios suppeditandos curet.* Extat Epistola in ipsius Concilij Actis intertexta. Interim Romæ Dominio Papa mortuo ei successit Agatho. an. Domini. 679. qui Romæ Conuentum Episcoporum Occidentalium 125. habuit. In eo definitum est, in Christo duas esse naturas, & duas voluntates: quod decretum omnes Episcopi sua manu firmarunt. Qua re peracta Pontifex Episcopis quibusdam diu, sed frustra ex longinquis regionibus expectatis, Legatos tres Constantinopolim misit, qui vices suas implerent, Theodorum, & Sergium presbyteros, & Ioannem Diaconum, & totidem Episcopos misit ipse Conuentus Romæ habitus, videlicet Ioannem Portuensem, Abundantium Pateruensem, & Ioan. Rheginum, hi magno Clericorum, & Monachorum numero conscendentes naues, in mense Octob. Constantinopolim peruenerunt, & honorifice ab Imperatore in Palatio excepti, literas ei Pontificis, & Conuentus Romani reddiderunt, quibus excusatio de Legatis seruis missis, & fides Episcoporum de duabus Christi voluntatibus continebatur. Imperator his lectis, Legatos hortatus est, vt veritatem remotis omnibus Philophorum concertationibus, ex sanctarum Scripturarum monumentis, & Patrum testimoniis conarentur eruere, & in eis hospitia parata distribuere, & quotidianos sumptus assignauit. Mox Gregorium Constantinopolitanum, & Macharium Antiochenum Patriarchas, vt primo quoque tempore suos Metropolitans, & Episcopos

Constantinopolim aduoca: eam admonuit. Die inde Dominico sacra pompa Spiritus sancti inuocandi gratia per urbem ducta, ad eam Legati, equis stratis missis mira benignitate Principis inuitati sunt. Tandem 7. Id. Nouem. in penetrale Palatii, qui Trullus dicebatur, Concilium conuocatum est. Legati Pontificis, & Conuentus Rom. & omnes Orientalium Ecclesiar. Metropolitæ, & Episcopi excepti, suo quisque ordine confederunt. Quibus rite perfectis, Georgio & Machario mandatum est, vt quibus suam sententiam de vna Christi voluntate Conciliorum auctoritatibus fulcirent, expromerent. Illi tria superiora Concilia protulerunt: verum multa eis de suo effinxisse conuicti, usum omnibus præbuerunt 17. Kalend. Decemb. decretum Catholici Pontificis Agathonis, Conuentusque Rom. de duabus Christi voluntatibus Legati ediderunt. His vtrinque prolatis, 8. S. Patrum testimonia in medium producta sunt. Idib. Februar. testimonia recognita sunt: quorum multitudine & auctoritate Gregorius Patriarcha permotus, statim à sententia destitit. Itaque reuocatis 5. Non. Mart. in Concilium Patribus, cum surrexisset, clara voce se cum Metropolitans, & Episcopis suis decreto de duabus Christi voluntatibus assentiri dixit: & continuo in partes Catholicorum transiit: Macharius autem Patriarcha quid sui iudicii esset rogatus, se cum suis Metropolitans & Episcopis in pristino manere proposito affirmavit, cuiusque milies moriturum, quam de suscepta sententia discessurum. Quam vocem vbi Imperator & Catholici audierunt, ira perciti, orarium collo detrahi iusserunt, eumque cum suis ex Concilio eiecctum, sacro anathemate persecuti sunt. Factum est autem teste Anastasio Bibliothecario, vt eadem hora atræ omnes araneorum telæ è laquearibus conclusis deciderent: qua re conspecta cuncti Catholici subito nigras ipsas hæreticorum lordes euantille, lætis animis & vocibus exclamauerunt. Condemnati sunt Sergius, Paulus, Pyrrhus, Petrus, & Cyrillus omnes Monothelitæ. Die inde resurrectionis Ioannes Episcopus Portuensis Legatus, in æde S. Sophiæ Missarum solemniam Imperatore, populoque præfente Latine celebravit, tanto cum populi plausu & lætitia, vt is quoque Latine nouo more Imperatoris laudibus acclamaret. Ex quo omnes ditum tandem duarum Ecclesiarum dissidium penitus esse sublatum iudicantes, maximas Deo de conciliata concordia gratias egerunt. Postremo 5. Idus Septemb. professio fidei à Concilio edita, & post quinque dierum spatium singulorum Episcoporum subscriptionibus firmata est. 16. Kalend. Ianuar. Imperator Constantinus, remissis Legatis, literas ad Pontificem, & Conuentum Romanum dedit: quibus se rem ex animi sententia confecisse significauit. Sequenti an. 682. Agatho Pontifex 4. Idus Ianuar. morte absumptus est. In eius locum Leo II. successit, qui mense Iulio Legatos à Concilio reuersos cum literis Imperatoris, & ipsius Concilii actis accepit, eaque sua auctoritate firmavit. Et cum Latine & Græce peritus esset (erat enim natione Siculus) acta Concilii in Latinum sermonem conuertit.

Porro in hoc Concilio nulli sunt editi Canones: vnde Orientales Episcopi post 17. aut octo annos iterum in Palatium, qui Trullus vocabatur, conuenerunt in perante Iustiniano iuniore Heracli Imperatoris filio, vt testatur *Onuphrius in Chronico*, nullo Romani Pontificis Legato præfente, nulla ipsius auctoritate acciti, & Canones centum duos ediderunt, qui vulgo Canones sextæ Synodi, & Trullani dicuntur.

Hinc factum est, vt orta sit quaestio, Vtrum Trullani Canones sint Canonici, & an Ecclesiasticam auctoritatem habeant? de qua quaestione Canus lib. quinto. de locis. cap. vltim. in respons. ad 6. arg. vbi negat eos Canonicos & Ecclesiasticæ auctoritatis esse. Primum, quia Anastasius Apostolicæ Sedis Bibliothecarius in Prooemio ad octauam Synodum, ad quam iussu Adriani Secundi missus est, testatur eos Canones non esse in Ecclesia Rom. receptos.

ut habetur cap. 2. distinct. 63. Idem dicit Vmbertus Sylua Candida Episcopus Legatus Leonis Noni in libello contra Epistolam Michaelis Patriarchae Constantinopolitani. Idem Theophanes Græcus, historicus, Theodoretus Balsamo in interpretatione eorundem Canonum, Matthæus Monachus Græcus in historia concilio; & vitorum illustrium. Item Iustinianus Imperator eo nomine Secundus, his Synodum Constantinopoli coegisse legitur; prius sub Sergio Roman. Pontifice, postea sub Ioanne VII. & de priori quidem Synodo Beda de nar. ver. cap. 67. ait: *Iustinianus Roman. Ecclesia Pontif. Sergium, quia erratica sue Synodo, quam Constantinopoli fecerat, suadere, & subscribere noluisse, iussit Constantinopolim deportari: qui tamen ob culpam perfidia, regni gloria postea priuatus, exul in Pontum secessit.* Idem scribunt Paulus Diaconus lib. de Gestis Romanorum in Iustiniano, & Anastasius Bibliothecarius in vita Sergii Pontificis. Insuper Platina in vita Ioannis VII. testatur sic: *Iustinianus eadem stultitia vexatus qua fuerat ante amisum Imperium, Sergio Pontifice, duos Metropolitanos Romam misit, qui Ioannem adhortarentur, ut habita Synodo, qua de Homosio crederent Orientales, eadem etiam Occidentales affirmarent, propositis libellis, in quibus ei subscribendum erat: Homines tamen re infecta ad Imperatorem Pontifex remisit.*

Præterea in Canone 2. suscipit, & confirmat huiusmodi Synodus 84. Canones Apostolorum: at Sedes Apostolica non tot Canones approbat, ut auctor est Isidorus cap. Canones, distinct. 17. & Leo Nonus. c. Clementis eadem dist. & Gelasius in c. sancta Romana. dist. 15. Item huiusmodi Synodus in eodem Canone 2. approbat Concilium Cypriani martyris de rebaptizandis hæreticis, quasi secundum traditam Africanam consuetudinem lexilia constituta sit. Sed Cypriani decretum ab vniuersali ecclesia reprobatur est. Curigitur in Trullano Canone approbatur?

In Canone 3. Ecclesie Romanæ lex de Bigamis non ordinandis tanquam summum ius, & ex rigore seuerum appellatur?

In Canone 13. decernitur, ut subdiaconi, diaconi, presbyteri à suis vxoribus ante sacros ordines susceptis non separentur. Ea consuetudo Græcica est, non Romana, aut vniuersalis Ecclesie.

Canone 36. statuitur, ut Constantinopolitana sedes æqualia priuilegia cum Apostolica teneat. Adueris hoc priuilegium pugnauerunt olim Romani Pontifices Leo I. Pelagius I. Gregorius I. & Nicolaus I. & quamquam iure & ratione pugnauerunt, conuenientibus tamen postea, & tolerantibus Romani Pontificibus, Constantinopolitani Patriarcha post Roman. Pontificem ceteris tribus Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano prælatus est, ut patet ex cap. antiqua, de priuilegio. huic Constantinopolitane, & Græcicæ ambitioni ac vanitati noluerunt sequentes Rom. Pontifices diuinitus repugnare.

Canone 62. præcipitur, ut in omnibus Quadragesimæ ieiunij diebus, per sabbatum & Dominicam nouæ hostiæ non confectentur, sed fiat præsanctificatarum sacrificium, ut apud Latinos fieri solet in die Parasceues. hic Græcicus est ritus, non Romanus.

Canone 55. sic habetur: *Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in sanctis Quadragesimæ & in eius Sabbatis ieiunare, præter Ecclesiasticam traditam consuetudinem, sancta Synodo visum est, ut in Romanorum Ecclesia si quis fuerit inuentus Sabbato ieiunans, clericus deponatur, laicus sequeatur.* Quis Rom. Pontifex ferat hunc Canonem æquo animo? Ecclesiasticam appellant consuetudinem, quæ apud Græcos viget, non Latinos, & tacite reprobatur vsus Romanorum in Sabbato Quadragesimæ seruantium ieiunium, & lex Ecclesie Romanæ præscribitur, sine vlllo Pontificis consensu.

Canone 67. sic dicitur: *Sacra scriptura nobis præcipit, ut abstinemus à suffocato, & sanguine. merito igitur damnamus eos, qui cuiuscunque animalis sanguinem arte aliqua condunt,*

*Et sic comedunt.* Audacter sane Græci Latinorum consuetudinem improbant: & Apostolicum præceptum ad breue tempus datum, volunt esse perpetuum.

Si contra hæc obiciatur: Gratianus nomine VI. Synodi Trullanos Canones perpetuo citat, ut constat ex cap. placuit, dist. 16. & cap. quoniam, d. 37. cap. si quis, d. 32. c. vlt. d. 4. c. Iacobus, de consec. d. 1. cap. dicimus de consec. d. 2. c. si quis Episc. 37. quest. 1. At 6. Synodus sine dubio Ecclesiasticam auctoritatem habet. Respondeo, falso Gratianum prædictos Canones citasse tanquam Canonicos & Ecclesiasticos, & à 6. Synodo constitutos. Potuit ille quidem horum Canonum auctoritate vti, sed non tanquam Canonica.

Secundo obicietur, Innocentius III. in cap. A multis de etat. & qual. dicit: In 6. Synodo esse decretum, ut si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, nuptiali iure mulierem voluerit copulari, hoc ante Subdiaconatus ordinem faciat, patet eum hunc esse 6. Canonem Trullanum. Respondeo, Innocentium in hac parte, secundum vulgi opinionem locum fuisse, appellauit Trullanos Canones nomine VI. Synodi, quia sic vulgare nominari solent.

Tertio obicietur, Adrianus Papa in c. sextam, d. 16. & in c. sextam, de consecrat. dist. 3. prædictos Canones recipit, & approbat. Respondeo, non Adrianum Papam, sed Tharasilum Patriarcham Constantinopolitanum eos Canones recipere, & approbare, ut constat ex Synodo 7. Ad 1. & 2. Adrianus vero Papa refert verba Tharasilij: & falsus est Gratianus, dum allegat & accipit ea verba, tanquam Adriani Papæ.

Anno Domini 754. Constantinus cognomento Copronymus Iconomachus hæreticus conuentum 338. Episcoporum Constantinopoli coegit, in quo damnatus est sicutatum imaginum cultus, & vitus: & Imperator catholicos episcopos sacrum imaginum defensores suis sedibus expulsi. Stephan. III. anno Domini 769. in Laterano Concilio episcoporum conuocauit ex Italia, & Francia, & eam Synodum damnauit: restituit imaginibus pristino cultu.

VII. Generale Concilium fuit Nicænum II. anno Domini 789. Adriani Papa I. 18. Constantini VII. Imperat. 9. fuit peractum mense Octob. 11. ind. 350. Episcopis præsentibus, & Legatis Roman. Pontif. præsentibus, Petro archiepiscopo, & Petro monacho presbytero. Coactum fuit contra Iconomachos hæreticos, hoc est, sicutatum imaginum oppugnatores. Omnium Episcoporum auctoritate antiquus Cruci, & sanctis imaginibus honos & cultus esse restituitur: condemnati qui contra senserant. Absoluto concilio episcopi omnes mense Nouemb. Constantinopolim profecti, presentibus Imperatoribus Irene matre, & Constantino filio Acta Concilij recitarunt: quæ cum Imperatoris proprio adhibito consensu, subscriptione firmassent; eos benigne & honorifice dimiserunt, suauis cura & auctoritate Adriani I. Pontificis, & ministerio Imperatricis Irene matris, & filij Constantini Septimi conuocatum & celebratum est: quod postea Adrianus Papa confirmauit, teste Inno. Episcopo lib. 4. cap. 26. & 28. Fuerunt Iconomachi Philippicus, Leo Tertius. Isaacus vulgo dictus, Conom. & Constantinus V. alias VI. cognomento Copronymus: omnes Imperatores Constantinopolitani: fuerunt etiam Iconomachi Constantinopolitani Patriarchæ, Ioan. VI. Anastas. Constant. II. Nicetas, Auctores. B. Isamon, Zonaras, Cedrenus, Sigonius. In eo concilio definitum est, Cruci non deberi cultum latriæ, sed minorem. Et tamen s. Th. 3. par. quest. 25. docet crucem & imaginem Christi eandem esse cultu latriæ. Dicendum est: Concilium negasse cruci, & imagini cultum latriæ, eam videlicet qui tribuitur alicui propter ipsum: qui soli Deo deferretur propter diuinitatem eius. s. Thom. tribuit cruci & imagini Christi latriam eam, scilicet, quæ datur alicui propter alios,

non propter se, nimirum propter id quod representatur in ipsa, qua ratione coluntur lacrimae cultu alia praeter Deum. Natura humana suscepta verbo diuino, species panis & vini consecratae in altari.

VIII. Generale Concilium fuit Constantinopolitanum IV. Sciendum est, an. sal. 860. Constantinopoli ortam esse inter ciues grauissimam seditionem, aliis Ignatium Patriarcham, aliis Photium tuentibus. Michael eo nomine Tertius Porphyro genitus Imperator Constantinopolit. Legatos, & literas ad Pontificem Roman. Nicolaum Primum misit, quibus accusato Ignatio petit, vt Pontifex Legatos ad se suos destinaret: quorum opera seditio sedaretur. Addidere etiam Legati haeresim Iconomachorum recruduisse, & sanctas imagines passim in ciuitate deleri. Nicolaus itaque vt tantis Ecclesiae vulneribus, malisque mederetur: Episcopos duos Rodoldum Portuensem, & Zachariam Anagninum legauit: datis in mandatis, vt causas, cur Ignatius esset sui sede deiectus, cognoscerent, & cum Photio tanquam cum laico versarentur, eiusque reprobata electione, sanctarum imaginum cultum retinendum omnino curarent. Per eosdem Legatos postulat, vt Calabriae, & Siciliæ patrionia Romanae Ecclesiae redderentur. Datae extant literae 7. Kal. Octob. Indict. 9. his verbis: *Præterea Calabriae patrioniam & Siciliam, quaeque nostra Ecclesia concessa fuerunt, & ea possidenda obtinuit, & disponenda per suos familiares regere statuit, concessionibus reddatur: quoniam irrationabile est, vt Ecclesiastica possessio, vnde luminaria, & concinnationes Ecclesiae Dei fieri debent, terrena quauis potestate subtrahatur: sed domini Dei restituti meritis redditis multiplicent, & suscipiantur votum spiritualis desiderii lucris exerceatur.* Legati Pontificis proximo anno Constantinopolim profecti, mandata eius transgressi sunt. Nam qui Ignatii causam cognoscere tantummodo iussu fuerant, iudicio suo interposito, Ignatium iure abdicatum, & Photium rite substitutum dixerunt. Biennio post elapso, Leo Legatus Imperatoris, Verem adueniens, duo volumina Pontifici reddidit: vnum, in quo continebantur acta abdicacionis Ignatii: alterum, in quo sanctarum imaginum honos & cultus comprobabatur. Reddidit quoque literas, quibus petebat Imperator, vt Pontifex abdicacionem Ignatii, & substitutionem Photii sua auctoritate confirmaret. Anno autem salutis 866. Nicolaus maledictis Michaelis Imperatoris impulsus, Episcopos Donatum, Hostiensensem, & Stephanum Ephesium, & Martinum Diaconum ad eum de causa Ignatii per Concilium Episcoporum definiendam misit. Defuncto Nicolao, eosdem Legatos, Adrianus II. confirmauit, addito Anastasio Bibliothecario. His praesidentibus anno Domini 868. & Adriani iunioris Papae anno 2. & Basilij Imperatoris 3. celebratum est Generale VIII. Concilium, in quo dissidium de Ignatii abdicacione, & Photii substitutione sublatum est; Photio à piorum communionem submoto, & Ignatio in pristinum honoris gradum & locum restituito. Redditus item est sanctis imaginibus antiquus honos, & cultus: confirmatae septem praecedentes Synodi Generales: statutum quoque est vt consecrationes, & promotiones Episcoporum. Clericorum electione & decreto fierent; neque laici principes, aut potentes semetipsos immiscerent electioni, vel promotioni Patriarchae, aut Metropolitanis, aut Episcopis, aut Abbatibus. Ex his quae haecenus dixi, constat, octo Concilia Generalia in Oriente celebrata agnouisse semper auctoritatem Roman. Pontificis, hoc est, primatum eius super omnes Ecclesias.

Ex hoc itidem tempore Photii suasa & opera Graeci ceperunt manifeste contra primatum Roman. Pont. sentire & dequere. Ceperunt quoque Latinis odio capitali profsequi, & tanquam anathemate percussos deuitare, eo quod addidissent Symbolo Nicæno & Constantinopolitano, (*Filioque procedentem*) quare palam Graeci sese à Romanis & Latinis diuiserunt: vnde amplius non celebrata Concilia Generalia in Oriente; quotquot deinceps coti-

uocata & habita Concilia sunt, in Occidente celebrata fuerunt ex Episcopis & Abbatibus Occidentalibus, praeterquam ea; in quibus Graeci & Orientales sese iterum cum Romana Ecclesia coniunxerunt. De quibus singularim dicam.

## C A P. XVII.

*Reliqua Generalia Concilia enumerantur.*

NONUM Generale Concilium quidam aiunt celebratum esse Romae apud Lateranum praesente Gregorio VII. anno Domini 1076. quod siue Generale fuerit, siue seculi, auctoritate certe Gregorij VII. confirmatum est. In eo actum fuit de pace componenda inter Henricum IV. alias III. & Rodolphum Sueuiae Ducem, de Imperio Romanorum contententes: Legatis Rodulphi expostulantibus, quod Henricus vexaret Clericos eorum Germaniam perturbaret, de Concilio habendo moram afferret. Legati Henrici contra iustitiam Gregorij iram verti, responderunt Henricum paratum fore, atque in eam rem tale sacramentum conceperunt: *Iuramus nos Legati Henrici Regis ex praepo. eius, Henricum circa Ascensionem Domini Legatos (ni quid absierit) Romam missurum, qui Legatos Pontificis suo secum deducant, at quo reducant, & eorum iudicio, & sententia statuant.* Quo iuramento audito, Legati Rodulphi in haec verba iurarunt: *Si Concilium in Germania ex decreto vestro, loco, & tempore à vobis constituto Legatis vestris praesentibus fuerit, Rodolphus Rex, Princeps noster, aut ipso accurret, aut Legatos suos mitet, paratusque erit iudicio stare, quod sancta Ecclesia de Regno Germaniae fecerit, nulloque dolo malo conuentum à vobis, aut à Legatis vestris inditum impediet. & postquam certos vestros nuntios viderit, dabit operam, vt pacem componat. Et haec omnia, nisi legiimo intercedente impedimento seruabit.*

De Clericis autem Pontifex in Concilio ita decreuit: *Gregorius Pontifex seruus seruorum Dei, omnibus in Italico, & Germanico Regno debitam sancto Petro obedientiam exhibentibus, Apostolicam benedictionem. Si qui sunt presbyteri, aut diaconi, aut subdiaconi, qui crimini fornicationis sint obnoxii, interdiciamus eis ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate S. Petri introitum adis, donec acta poenitentiae satisfecerint. Si qui vero in peccato suo persecurare mauerint, nemo officium auscultasse velit, quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, restante Domino per Prophetam: Maledictam benedictionibus vestra. Sic ille. Erant in eo saeculo, vt constat ex Siegberto, Vincentio, & S. Antonino, corruptissimi sacerdotum mores: concubinis tanquam vxoribus palam utebantur.*

Porto de iure conferendorum sacerdotiorum, ita sanxit: *Sanctorum Patrum decreta sequentes, vt superioribus consensibus de Ecclesiasticis dignitatibus ordinandis statumus, ita & nunc Apostolica auctoritate decernimus, & si quis post hac Episcopatum, aut Abbatiam, aut aliam Ecclesiasticam dignitatem ab aliquo laico susceperit, nequaquam inter Episcopos, aut Abbates numeretur: nec alia ei Episcopo, vel Abbati obedientia prebeatur, eique gratia S. Petri atque adis eius introitu interdicitur. Eadem ratione si quis Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, aut qualibet alia secularis potestas vel persona, Episcopatum, Abbatiam, vel aliam Ecclesiasticam dignitatem detulerit, eiusdem sententia vinculo tenentur. Sic ibi.*

Eo itidem saeculo, vt constat ex praedictis auctoribus, Henricus IV. Imperator contra Canones, & iura, sacerdotia conferebat, & eam imitati aliqui Reges & Principes, & Aulici, Ecclesiastica beneficia, Episcopatus, Abbacias, & Monasteria, simoniae & nefarie vendebant: lupos, non pastores Ecclesiarum praeficiebant. Egrege Gregorius Septimus contra oppugnans, omnem potestatem conferendi sacerdotii laicis ademit.

Praeterea de Normannis ita cauit: *Si quis Normannorum oppida S. Petri, vt partem Marchiae Firmanae, qua à bello adhuc integra est, & Ducatum Spoletanum, Campaniam, &*

Maritimam oram, & Sabinum, & Tyburinum Comitatum, & Monasterium S. Benedicti Cassinat, & Bineuentum inuadere ac depradari ausus fuerit, gratiam S. Petri ei interdiximus. Eo tempore Normanni, qui in Apulia, Calabria, & Sicilia dominabantur, sæpe ausu temerario oppida pontificie ditionis inuadebant, & Ecclesiam Roman. bello vexabant.

Postremo Henricum IV. vt semel, & iterum antea à piorum communione remouerat: sic in hoc Concilio anathemate percussit, & omnem regiam ei potestatem abrogauit, his verbis: *Quas ob causas ego auctoritate Apostolica mihi à Deo delata Henricum, Henrici Imperatoris filium regno Germanis, titulo item spolio, & Christianorum obedientia priuo. & omnes religione iurisurandi, quo se illi obstrinxerunt, absoluo. Contra vero, vt Rodolphus à proceribus Germania in Henrici locum declaratus regnum administraret, & tuetur, nomine vestro, omnibus, qui fidem ei prestiterunt, omnium peccatorum remissionem, & veniam in hac, & in futura vita concedo: & vt Henricum ob suam superbiam regia dignitate depollo, sic Rodolphum, propter suam humilitatem & obedientiam in potestate repono.* Inde dimisso conuentu, Regiam & Imperatoriam coronam ad Rodolphum transiit.

Decimum Generale Concilium, secundum aliquos celebravit Urbanus II. Claromonte apud Aruenos anno sal. 1096. ex Episcopis & proceribus Francia. Ibi salutaribus decretis lapsam Gallicanæ Ecclesie disciplinam erexit. Henricum IV. Imperatorem, & Clemenem Antipapam ab eo factum eisdem de causis, quibus Gregorius Septimus, & Victor Tertius dicit anathemate obstrinxit. Philippum Francia regem eo nomine I. propter secundas nuptias contractas, ueniente prima uxore, piorum communione priuauit, & ipsum ad idoneam & legitimam penitentiam agenda permouit. Teste eidem S. Antonino, in eo Concilio constitutum est, vt septem horarum preces B. Virginis quotidie recitarentur: & sabbatis quibusque Missæ sacrificium in honorem & cultum eiusdem beatiss. Virginis fieret.

Totius quoque Occidentis principibus, & populis astantibus, ad eos, interdito silentio conuentionem clarissimam habuit: & principio quidem exposuit seuilissimas, quibus in Syria Christiani alicerentur, iniurias, & indignissimas contumelias. Deinde grauissimam animis omnium religionem iniicit, quod ignaua sua nefarius spucillimæ gentis sacrilegiis uoluit, & pollui Hierosolymam paterentur: urbem eam, in qua inuocatum esset nomen Domini ab illis diebus, in qua Propheta floruisse, in qua redemptionis humanæ uestigia exiissent, ex qua salutis in omnem terrarum latitudinem sacramenta manassent: terram sanctorum, qui à seculo fuissent, Prophetarum: Terram Apostolorum, Terram Domini & Saluatoris nostri, quam ille incarnationis sua mysterio inuicisset: uita, prædicatione illustrasset, morte, sepultura, & resurrectione sacrasset, ascensionis suæ triumpho, & sancti Spiritus aduentu illuminasset. Ad extremum, sacram Hierosolymæ recuperandæ expeditionem incredibili sententiarum grauitate, uerborum copia, & animi ardore suauit. Postquam autem perorauit, uniuersi qui aderant diuino quasi Spiritu concitati ad bellum, pro sepulchro Christi recuperando ingentibus animorum studiis inflammati sunt, & in eo apertam se Dei uoluntatem se qui uelle, altissimis clamoribus responderunt: quibus sedatis, tum Pontifex: *Gratias, inquit, ago Deo maximas, quod uos tanta animorum consensione & alacritate arma pro Christo redemptore uestro susceperitis esse ostenditis. Neque enim tam repentina in tam diuersis generibus inspiratio, sine percussio ipsius impulsu esse potest. Nos autem, ut studia uestra quoad possumus adiuuemus, misericordia Dei beatorum Petri, ac Pauli auctoritate confisus, omnibus qui ad bellum pro diebant, omnia pro delictis suis placida relaxamus, eosque sub Ecclesie tutelam, & beatorum Petri & Pauli clientelam tanquam uera obedientia filios suscipimus, & ab omnibus vexationibus corporis fortunarumque tritos esse constituimus.* His uocibus mirifice

omnium qui aderant animi sunt ad bellum accendi: uide sacra se militiæ uniuersi deuouerunt: Dicuntur centum millia Christianorum ex Gallia, Italia, Hispania, Anglia, Scotia, Hybernia, & Flandria, signo crucis suscepto arma sumpisse: signum autem fuit Crux de purpureo panno confecta, quam Pontifex Urbanus in signum salutaris expiationis indulsit, uetibus super dexteram scapulum affigendam. Unde qui profecti sunt in eam expeditionem, Cruce signati, & ipsa expeditio cruciata uocata est. Tanti apparatus bellici, duces fere Ademarum Podiensis Episcopus, Apostolicæ Sedis in ea expeditione Legatus Hugo Magnus, Philippi Francorum Regis frater, Gothifredus Bullionis Lotharingæ Dux, & fratres eius, Balduinus, & Eustratus: Robertus Flandriæ, Robertus item alius Guilielmi Regis Anglorum filius & Normanniæ comes, Stephanus Carnotensium, & Blesensium, Raymondus Tholosanus, & S. Egidii comites. Ex Italia Boemundus Princeps Tarentinus Roberti Guiscardii filius, & eiusdem fororis filius Tancredus: Veneti autem, Pisani, & Genuenses instructis classibus mari affuerunt. Has copias repente nata locustarum vis tanta præcessit, ut instar nubium folis lacum adimeret. Quadrienni spatio ab anno Domini 1096. usque ad an. 1099. recuperate sunt in multis in Syria urbes, & oppida. Anno 1098. 3. Non. Iunij ferrum Lanææ quo Iatus Christi in passione apertum fuit, repertum per reuelationem B. Andreæ Apostoli, eoque ante militum exercitum delato urbs Hierosolymæ capta fuit, eique Boemundus Guiscardii filius primus princeps constitutus est Hierosolymæ. anno sequenti 1099. Iohannis Iunij feria sexta, in Christianorum deditionem, & potestatem uenerunt. Constitutum est Hierosolymitanum Regnum, & totius illius regni designatus est primus Rex communi omnium consensu: qui stupentibus omnibus, primus in muros ascenderat. Qui statim uiciorum uiti nunquam uoluit.

XI. Concilium Generale Lateranense celebratum fuit sub Alexandro III. qui in eo Concilio præfuit: coactum est anno Domini 1180. & anno ipsius Alexandri 11. ut ait *Onuphrius in Choroque.* in hoc Concilio edita sunt quinquaginta decreta ad Ecclesiasticam disciplinam, penam lapsam erigendam. Prohibitum quoque est, ne quis infidelibus Christiani nominis hostibus arma deferret. *Ant. min. 3. par. 11. 17. cap. 1.* edita quoque lex est admodum salutaris de duabus tertis partibus suffragiorum Cardinalium in Romano Pontif. eligendo, ad emendanda in posterum Schismata. Condemnata est Waldensium hæresis.

XII. Generale Concilium Lateranense celebratum fuit anno Domini 1215. & Innocentii III. Anno 18. fuit celeberrimum omnium, quæ in Europa habita sunt, præfuit in eo Innocentius III. Papa, interfuerunt duo Patriarchæ orientales. Constan. metropolitanus, & Hierosolymitanus: Antiochenus morbo impeditus suos Legatos misit: idem quoque fecit Alexandrinus Patriarcha ab Ægyptiis prohibitus proficisci. *Emil. lib. 6. Blondus deca. 2. lib. 6. Platina in uita Innocentii III. Naucler. gener. 41.* Archiepiscopi, tum Græci, tum Latini Septuaginta. Episcopi 400. Abbates 12. Priores Continentales 800. Simul omnes partes fuerunt 1185. Legati Romani, & Græci Imperatorum, Oratores Regum, Francia, Hispania, Anglia, Hierusalem, & Cypri. Ecclia sunt in eo Septuaginta capita ad mores Christianæ reipublicæ emendandos. Actum quoque est in eo de Hierosolyma recuperanda. Condemnati sunt Almaxii eiusdem propositiones. Item Ioachim Abbatis errores, non persona: tunc Græci etiam cum Latinis coniuncti. Transsubstantiationis uocabulum in sacramentis altaris in hoc Concilio approbatum est.

XIII. Generale Concilium fuit Lugdunense, præfide Innocentio IV. celebratum anno Domini 1244. anno 2. ipsius Innocentii, contra Federicum huius nominis II. Imperatorem: qui ad Concilium uocatus, & uenire



culans, tanquam hostis Ecclesie iudicatus, Regno Siciliae, & Imperio Romanorum priuatus est. Actum fuit in eo de recuperanda terra sancta, S. Ludouico Francorum rege constituto duce illius quinque expeditionis facere, qui eruce signatus, ubi in Asiam cum ingenti exercitu traiecit, rediit in Galliam quinto post anno.

XIV. Generale Concilium fuit Lugdunense II. anno sal. 1274. & anno 2. Gregorii X. ei præfuit ipse Gregorius X. interfuerunt Episcopi 500. Abbates 60. alii Prælati minores fere mille. Præterea in eo cum Latinis Græci sunt conciliati super articulo de processione Spiritus sancti: definitum est Spiritum sanctum ex omni aternitate à patre & filio procedere, sed non tanquam à duobus Spiritibus, sed vt ab vno Spiratore, & principio: neque duabus spirationibus. sed vnicā dumtaxat spiratione. Græci enim putabant, Latinos asserere Spiritum sanctum procedere à patre, & filio tanquam à duobus spiratoribus, & principiis: duabus quoque spirationibus, non vna. Fuit hæc concordia Græcorum cum Latinis decimaretia, quamuis non diu perdurauit, sicut nec præcedentes: facta est procurante eam Michaelē VII. Palæologo Imperatore Constantinopolitano, quamuis repugnantibus pluribus Græcis, vt testatur Nisephorus, Gregorius libro 5. Pachymerus libro quoque 5.

XV. Generale Concilium fuit Viennense, cui præfuit Clemens Quintus anno Domini 1311. anno 7. ipsius Clementis V. Interfuerunt Episcopi fere 300. præsentibus tribus Regibus, Franco, Anglo, Tartariconsi. Editæ sunt in eo Clementinæ constitutiones. Actum est de terra sancta recuperanda: Templiariorum ordo, qui annis 209. steterat, suppressus & extinctus est: eorum redditus militibus sancti Ioannis Hospitalaris, qui tunc Rhodii equites vocabantur, assignati sunt: condemnati quoque fuere Begardi, & Beguine hæretici in Germania. Clem. ad nostram de heret. est etiam ibi decretum, vt in principalibus reipubl. Christianæ Academicæ professores stipendiis iustis, & debitis donarentur, qui Hebraicam, Chaldaicam, & Arabicam linguam publice docerent: vt essent qui apud infideles his linguis vtentes fidem propagare possent. Clem. 1. de magist. Reprobata & condemnata est doctrina qua traditur, animam rationis compotem non esse eo: potius humanam formam.

XVI. Concilium fuit Pisanum, indictum, & congregatum à Cardinalibus Gregorii XII. & Benedicti XII. anno salutis 1409. ad schisma tollendum. Res sic gesta est, vt patet ex Blondo lib. 10. decade 2. & S. Antonino par. 3. tit. 22. cap. 5. §. 2. Cardinales obedientie Gregorii Duodecim videntes negotium extirpandi schismam paulatim ad nihilum reduci, & non solum Gregorium Duodecimum, sed etiam Benedictum Decimum tertium, concordiam reculare contra iusiurandum, & fidem in ipsorum electionibus datam: Gregorium quoque contra idem iusiurandum, & fidem, alios Cardinales absque vlla necessitate, & ipsis iniuris creare. hanc nacti occasionem ab eo tunc Lucæ commorante recedentes Pisas petiere. Quod cum plerique eorum qui Benedictum Decimum tertium sequebantur, vidissent, simili exemplo ipsum Benedictum deserentes, cæteris Cardinalibus Gregorii, qui Pisas erant, sese adiunxerunt: ibique indicto Concilio generali, & cum maxima Prælatorum frequentia inchoato, vtique Pontifex ab eis damnatus est, & vtroque tanquam periuro, schismatico, hæretico, collatore, & schismaticorum fauore, publico omnium decreto Nonis Iunii, anno Domini 1409. à pontificatu delecto, in vtriusque locum vigesimo post abrogationem die, tertium egerunt Petrum Philaretum natione Græcum prouincie Cretensis, instituti & ordinis fratrum Minorum, & sacre Theologie Doctorem eximium; presbyterum Cardinalem Basilicæ sanctiorum duodecim Apostolorum, & Alexandrum Quintum vocarunt. Interfuerunt in eo concilio Cardinales 23. Patriarchæ tres, Archiepiscopi, & Episcopi 300. Mona-

striorum Præfecti 280. Theologi, & Legati Principum Europæ. Dubitatum est valde, an canonicè & legitime esset Concilium conuocatum, eo quod sine vlla Roman. Pontificis auctoritate esset indictum.

De ea re, teste S. Antonino loco citato. Florentiæ Laurentius Rodolphus triduo disputauit, & tandem conclusit concilium esse legitimum. Ioannes Gerson in libello, an Papa exauctorari possit. Hi De iuratu, inquit, & Spiritus sancti, sicut credendum est, inspiratione tacti fuerunt. Item cum Alexander V. Bononiæ grauitè ægrotasset, & cognouisset sibi mortem imminere, Cardinales ad se venientes ad concordiam & pacem, & ad tuendam Ecclesie dignitatem adhortatus dixit, per eam mortem, quam se continuo subiturum putabat, se existimare, & credere, quæ in concilio Pisano acta fuerant, recte & integre sine dolo malo facta fuisset. Insuper ipse Alexander V. in eo concilio creatus in numero Pontif. Roman. reponitur, & qui multo post tempore secutus est eodem nomine Alexander VI. dictus est. Antoninus loco citato dicit fuisse conciliabulum, quia absque Romani Pontificis auctoritate fuit congregatum, & quia Gregorius Duodecimus concilii conuocationem non iussit, sed solum restitit ne Pisas congregaretur. Denique, quidquid sit Concilium Pisanum congregatum est à Cardinalibus tempore schismatis, quo duo Pontifices erant dubii & incerti, & indictum est non ad res fidei definiendas, sed ad schisma in Ecclesia noxiū abiciendum: quamuis reuera sublatum non sit, sed potius auctum, quia Gregorius XII. & Benedictus XIII. pontificatum deponere noluerunt. lib. 4. cap. 7. quæst. 3. dixi, An, quando plures sunt dubii & incerti Pontifices Romani, possit eis iniuris, Cardinalium auctoritate, concilium conuocari.

XVII. Generale concilium fuit Constantiense, quod indictum & conuocatum est auctoritate Ioannis XXIII. id summopere procurante Sigismundo Imperatore. Anno sal. 1414. interfuerunt in eo concilio Cardinales 29. Archiepiscopi 47. Episcopi 270. Abbates, & Priores 164. Coactum est hoc Concilium contra schisma trium Pontificum Romanorum, Ioannis XXIII. Gregorii XII. Benedicti XIII. sunt in ea Synodo priuati pontificatu Ioan. XXIII. & Benedictus XIII. Nam Sess. 12. Ex totius synodi sententia tum ob fugam, tum ob alia crimina, de quibus accusatus & conuictus fuerat, & ad concordiam sublato schismate, & vnionem in Ecclesia Dei faciendam. 4. Kalend. Iunii anno Domini 1415. est Ioanni XXIII. pontificatus abrogatus: quæ omnia contra se acta ipse approbavit, & firmavit Papalibus se exuens vestimentis pred. Non. Iunii eius anni. & Sess. 27. 7. Kalend. Augusti an. sal. 1417. Communi consensu totius Concilii Benedictus XIII. tanquam periurus, pertinax, schismaticus, & rebellis Ecclesie priuatus est pontificatu. At Gregorius XII. Sess. 14. anno Domini 1414. sponte sua se se pontificatu abdicauit per procuratorem Catolum Malatestam Dominum Ariminensem, eius rei gratia ad Concilium destinatum. Electus est in eo Concilio Pontifex Martinus V. anno Domini 1417. cuius auctoritate Concilium est postea confirmatum, condemnatæ etiam hæreses Ioan. Wiclefi, & Ioannis Hus.

In eodem item Concilio combusti sunt igni Ioannes Hus, & Hieronymus Pragæ hæresarcha. Mentuntur autem hæretici huius temporis dicentes in Concilio Constantiensi editum esse decretum, non esse fidem seruandam hæreticis. Vnde vehementer reprehendunt huius Concilii Patres, quod cum Ioannes Hus, & Hieronymus Pragæ sub fide publica ad Concilium venissent, sunt contra fidem publicam capitali sententia damnati. At ex verbis ipsius Concilii Sess. 19. constat hoc esse falsissimum. Verba Concilii sic habent: *Declarat sancta Synodus ex saluo conductu per Imperatorem, aut alios Principes concesso, nullum fidei Christianæ, aut iurisdictiui Ecclesie præiudicium generari posse, aut debere, quo minus liceat iudici Eccle-*

*fiat de huiusmodi personarum erroribus inquirere, eosque punire, quantum iustitia suadet, si suos errores renouare pertinaciter uoluerint, etiam si de salute conditum laicum Principum confisus ad locum uenerint iudicari, alias non uenturi. Nec si promittentes, cum fecerint, quod in ipso est, ex hoc remanere obligatos.* Sic ibi. Hieronymus Pragensis uenit ad Concilium sub publica fide Imperatoris, non ipsius Concilii, *ut refertur S. Antonin. par. 3. tit. 22. cap. 6. §. 3.* Nec Concilium dicit, Imperatorem, vel Principem Christianum non esse obligatum ad fidem publicam datam hereticis seruandam: ait enim, promittentem debere scire, quod in ipso est, ut fidem seruet ei, cui ipse dedit: ex hoc tamen non obligari iudicem Ecclesiasticum ad eam fidem heretico datam a laico seruandam.

XVIII. Generale Concilium fuit Basiliense, primo quidem a Martino V. iudicatum Papae; sed ob pestem ibi feruicentem. S. nas translatum, & ibi inchoatum; deinde tandem Basileae continuatum praeside Cardinali Iuliano Caesario, quem legatum maxima cum auctoritate Martinus Quintus miserat. Sed Martino defuncto eius successor Eugenius Quartus concilium ipsum a Martino V. iudicatum, sua auctoritate apprehendit, & ut inchoaretur a Legato Iuliano Caesario, uoluit. Unde inchoatum est anno Domini 1431. Sed cum multa tractari coepissent, in quibus praetextu componendi motes reipublice Christianae, pleraque Ecclesiae Romanae privilegia omnino tollere, & antiquare studebant: Id ueritus Eugenius Quartus, Legato Sedis Apostolicae reuocato, Concilium dissoluit iussu, & Ferrariam transferri. Nihilominus Concilium Basileae continuatum est contra eius auctoritatem, praeside Ludouico Cardinali Arelatensi. In eo Concilio contra Eugenium Quartum fuit Pontifex creatus Amadeus, olim Sabaudiae Dux, tunc uero in solitudine vitam Eremiticam agens: qui dictus est Felix V. de quo scire ab Antonino Florentino archiepiscopo dictum est: [Basileae peperit Basilicum,] hic dein de sponte pontificatum deposuit, postquam sedisset annis nouem, mensibus sex, diebus septem. Hoc Concilium non est pontificia auctoritate confirmatum: praeter ea acta, quae ad censuras & causas beneficiales attinent: quae confirmauit Nicolaus Quintus. Durauit per annos II. menses 9. dies 27. continuatum est usque ad annum Domin. 1442. *ut patet ex ultima Sessione.*

XIX. Generale Concilium est Florentinum, inchoatum quidem Ferrariae 5. Idus April. anno sal. 1438. Sed ingruente peste translatum est Florentiam, ubi praesuit Eugenius IV. Interfuerunt in eo Iosephus Patriarcha Constantinopolitatus, qui Florentiae obiit, Ioannes Palaologus Imperator Orientis, & multi Latinorum, & Graecorum Episcopi. In eo Concilio Graeci ultimo cum Romanis conuenerunt super fidei quinque articulis: uidelicet de processione Spiritus sancti: de quo conuenerunt, ut sicut Latini dicunt (*Ex Patre, & Filio procedere*) Graeci more suo dicerent, (*Ex Patre per Filium procedentem*) eo quod unus idemque esset sensus: & super articulo de purgatorio conuenerunt: quia Graeci purgatorium esse post hanc vitam affirmant, sed non in certo loco, & in corporali igne, ut Latini: Et de eo articulo, nimirum primatum Romani Pontificis super omnem Ecclesiam conuenerunt, Romanum Pontificem esse summum totius Catholicae Ecclesiae Pastorem, & caput.

Item conuenerunt de quarto articulo, quod Latini merito addidissent Symbolo: (*Filioque procedentem*). Et de quinto articulo, quod Latini iussu de causis in azymo consecrarent, quamuis Graeci suo modo in fermentato. In eo item Concilio Armeni sese ad Ecclesiam Romanam reducerunt: receperunt ab Eugenio IV. Decretum fidei, in quo breuiter continentur doctrina, quam habet Ecclesia Romana de septem Sacramentis. Bollaion Trapezuntinus Nicenus archiepiscopus, & Ilidorus Thessalonicensis archiepiscopus Ruthenorum, doctissimi in Latinis & Graecis literis, quod in eo Concilio multum labo-

rauerunt pro concordia Ecclesiarum, in Cardinalium Ordinem cooptati sunt. Chalcocond. lib. 3. de Rebus Turcicis. Durauit hoc Concilium partim Ferrariae, partim Florentiae anno vno, & tribus mensibus.

XX. Generale Concilium, fuit Lateranense, quod inditum est a Iulio II. anno Domini 1511. contra Concilium Pisanum. Nam Ludouicus XI. Francorum Rex Iulio II. grauiter succensens, eum Pontificia dignitate spoliare tentans, conciliauit sibi amicitiam Maximilianum Caesaris, & utriusque opera coactum est Pisis Concilium. Iulio enim Romam egrediente, aliquot Cardinales a debita Pontifici fide pecunias & sollicitationibus Ludouici Regis subiecti, Pisis quo conuenerunt, Generale Concilium Imperatoris Maximilianum, & Ludouici Regis, & Cardinalium nomine indixerunt, missique per orbem terrarum literis, solum Pontificem ad dicendum in Concilio eandem uocauerunt prorsus contra Canones, & Iura: Huius concilii uultu auctores fuisse Bernardinus Carbajal Hispanus Episcopus Cardinalis Sabinus, Gulielmus Biffoneta Gallus, Episcopus Cardinalis Praenestinus, Franciscus Borgia Hispanus, archiepiscopus Colsentinus, Reginaldus Bria, Gallus Episcopus Boiacensis presbyteri Cardinales, Federicus Saufuerinus S. Theodori Diaconus Cardinalis. Pontifex nihil conatus, eos omni dignitate & uolus Ecclesiasticis priuatos, & Galliae Regem Ludouicum, omnes item tanti facinoris & sacrilegi fautores Haereticos, & Schismaticos, interdicto per totam Galliam reuocari sacrum uisum pronuntiauit, & Generale Concilium Lateranense indixit: quod ipsius morte est interruptum, & postea continuatum, & absolutum a Leone X. anno 1517. 17. Kalend. April. In eo actum est de componendis motibus, tum clericorum, tum laicorum.

XXI. Generale Concilium fuit Tridentinum inchoatum sub Paulo III. anno sal. 1545. tribus Apostolicae Sedis Legatis praesidibus. Coactum est contra Lutheranos, & alios haereticos. Nihilominus tamen multa in eo constituta sunt ad abusus & corruptos mores clericorum & laicorum abolendos: ingruentibus bellis translatum est Bononiam anno 1547. postea sub Iulio III. ex Bononia reductum est Tridentum: sed post octo menses, quam continuari coepit, bello Germanico dissolutum est: anno Domini 1551. tandem sub Pio IV. anno sal. 1562. continuatum est praesidentibus quatuor Legatis Sedis Apostolicae, & praesentibus duobus Cardinalibus, tribus Patriarchis, uno & viginti archiepiscopis, centum, & viginti episcopis, septem Abbatibus, & septem Generalibus religiosorum ordinum Praefectis, triginta nouem procuratoribus absentium, cum legitimo mandato. In conuocata est doctrina quam habet Ecclesia Catholica de peccato originali. Numerus Canonicorum librorum definitus est eum suis partibus, pro ut in Ecclesia Romana legi consueuerunt, & latina uulgata editione continentur. Approbata est uulgata latina editio Sanctarum Scripturarum. Declarata itidem est Catholica doctrina de iustificacione impii, de septem Sacramentis, de sacrificio Missae, de iugis purgatorio, & de indulgentiis.

## C A P. XVIII.

*Recensentur quaedam Concilia Generalia, id est, Nationalia, praesentibus Romanis Pontificibus celebrata.*

**O**Nuphrius in Chronico, & Sigonius de regno Italiae scribunt, quaedam alia Concilia Generalia fuisse a certis quibusdam Romanis Pontificibus coacta celebrataque, & sua praesentia confirmata. Meo iudicio, Concilia illa non fuerunt Generalia, hoc est, ex omnibus totius occidentis Episcopis congregata, sed ex unicuique, uel plerisque certae nationis Episcopis, & Abbatibus, ut puta ex Transalpinis, uel totius dumtaxat Italiae, uel Calabriae, & Apu-

liae, &

lia, & ideo Nationalia uoco. Nam illud Concilium, quo omnes prouinciarum Episcopi, qui uni Primati suberant, conueniebant, Generale dici à Maioribus cōsuevit: quomodo Athanasius Alexandrinum appellat. *Apolog. 2.* & in Synodo Carthaginensi 2. Vniuersale Concilium uocatur illud, ad quod lingulis annis ex vniuersis Africae prouincijs Episcopi conuenire in vnum consueuerant. In Gallia Concilium Matiscon. 2. ca. 20. constituit, vt quolibet triennio vniuersalis Synodus celebraretur. Obtinuit tamen vsus, vt Concilium vniuersale, siue Generale diceretur idem quod Græcis OEcumenicum, hoc est, ex Episcopis totius orbis terrarum.

Primo igitur Nicolaus II. conuentum Episcoporum in Lateranum habuit, anno Domini 1059. in quo editus est Canon de eligendo summo Pontifice, qui est apud Gratianum *cap. In nomine Domini dist. 23.* vbi dicitur: [In primis Cardinales Episcopi diligentiissime simul de Pontificis electione consulenti: mox clericos Cardinales adhibeat, sique reliquis Clerus & populus ad confirmationem nouæ electionis accedat, cauentes ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Eligatur autem de ipsius Ecclesie gremio, si reperitur idoneus: sin minus, ex alio sumatur:] & postea subiungitur: [Electus autem sicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod B. Gregorium ante suam consecrationem cognouimus fecisse.]

De clericorum castitate ita cautum est: *Quicumque Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus post proximam Constitutionem Leonis Pontificis de castitate clericorum, concubinam palam auerit, vel ductum non reliquerit, ei à sacris faciendis, & officio Ecclesiastico interdictum sit.*

De ordinatis simoniace statutum est: [Ne quis à laico Ecclesiam aut pretio, aut gratis accipiat, neque per simoniacam hæresim promoueat ad quodlibet Ecclesiasticum officium.]

In eodem itidem Concilio Berengarius Archidiaconus Andegauensis hæresiarca conuictus, secundo condemnatus est. Albericus Diaconus Cardinalis vir doctissimus, tot ac tantis veterum Patrum testimonijs comprobauit in venerabili altaris sacramento corpus & sanguinem Christi re ipsa esse, & non in figura, & signo, quod Berengarius affirmabat, vt victus tandem ipse Berengarius nihil haberet, quod responderet, confessus suam sententiam esse hæreticam, abiurauit. Extat insurandum eius, quod Pontifex per omnes Italiae, Galliae, & Germaniae Ecclesias diuulgauit.

Secundo Alexander II. apud Melphim, Generale concilium conuocauit anno Domini 1066. fortassis ex omnibus Calabriae, & Apuliae Episcopis. Actum est in eo de causa Normannorum. Pontifex Hoberto Guiscardo Ducatum Calabriae, & Apuliae, Siciliae comitatum confirmauit, quod ante fecerat Nicolaus II.

Apud Lateranum conuenit etiam Generalem Episcoporum habuit contra simoniacos. Anno Domini 1072.

Tertio Urbanus II. Placentinum Generale concilium celebrauit: & ibi Gregorius VII. & Victorius III. aduersus Henricum III. Imperatorem, & Clementem Anepipam, anathemata renouauit, & de clericorum ordinatione ita sanciuit: *Sancitarum rerum instituis conuenienter decernimus, ut sine titulo sacra ordinatio irrita habeatur (hoc est, Ne Clericus ordinatus ordinis recepti vsu & executione fungatur) & quo quis in Ecclesia titulo effectus est, in ea perpetuo perseueret, neminique in duobus titulis accipere liceat.* Constituta alia decreta idem Pontifex Ecclesie salutaria: addidit nouem Præfationibus, quibus Ecclesia Romana in Missarum sacrificijs vtitur, decimam de B. Virgine: *Et sem veneratione Beate Mariae Virginis collaudare, &c.*

Quarto, Paschalis II. Anno Domini 1101. Concilium Generale, apud Lateranum coegit ex multis Occidentis Episcopis. Causa fuit controuersia quæ fuerat inter Gre-

gorium VII. & Victorem III. & inter Henricum III. Imperatorem, qui contra Canones, & iura usurpauerat sibi ius conferendi Episcopis, & Abbatibus anulum, & baculum, & alia insignia Pontificalia Henric. IV. qui successerat patri Henrico III. conquebatur, hoc ius esse sibi ademptum. Vnde per Legatos monuit Paschalem de suo in Urbem futuro aduentu, vt in Concilio Generali suam causam ageret, & ius suum tueretur, & vbi dies perfectionis aduenit, exercitum triginta millium hominum coegit, & Alpes superauit. Aretium perueniens, Legatos ad Pontificem misit, per quos se in ipsius auctoritate futurum ostendit, si ad Coronam Imperialem admittretur. Res in porticu S. Petri sub certis conditionibus composita est, obfidibus vtrique datis. Hæc ita vtrique conscripta, Legati Imperatorii vna cum Pontificis ad Henricum detulerunt, eaque recitata, Henricus iurando confirmauit. His actis, Henricus Romam versus iter intendit. Et tertio Idus Februar. in quodam monte Vrbi vicino confedit. Ibi à Romanis rogatus, vt honorem ac libertatem Vrbi seruaturum, sacramento iuraret. Ille Germanica lingua non quod Romani petebant, sed quod ipse uoluit, iurauit. Qua fraude cognita, Romani se deceptos fuisse clamantes, redierunt in Urbem. Iterum obfidibus datis, & acceptis, superscripta omnia rursus Henricus, sacramento interposito confirmauit, nimirum se vitam Pontificis, membra, honorem, libertatem, regalia, patrimonialia S. Petri, & nominatim Apuliam, Calabriam, Siciliam, Capuanumque principatum seruaturum, atque omne ius Ecclesiarum, omnesque earum res dimissurum. Post die ingrediens Urbem, ab omnibus cum floribus, palmis, & arborum ramis à Pontifice, honoris causa obuiam missis exceptus, duobus de more sacramentis sese populo obtinuit. Post ab vniuerso Clero iussu Pontificis exceptus, ex equo desiliit, ac pedibus ad Vaticanæ Basilicæ gradus, cum populi acclamationibus peruenit. Vbi vero ad superiores gradus conscendit, in quibus Pontifex cum Cardinalibus, & tota cantorum schola sedebat, ad eius pedes se venerabundus proiecit. Deinde surgens, nomine Trinitatis in ore, fronte, & oculis pacis osculum Pontifici obtulit, & de more partes stratis impleuit. Inde ad dexteram Pontificem habens magno populi plausu ad postes argenteos, pedes processit. Ibi à Chrytolao archiepiscopo Mediolanensi de more Pontifici oblatum Imperatoriam ex scripto professionem emisit, & cum Pontifex Imperatorem renuntiavit, Introductus inde in ædem, cum insedisset iuxta Pontificem, rogatus est ab eo, vt promissum impleret, nimirum deponeret priuilegium, siue ius, quod dicebat se habere de conferendis Ecclesijs: nam separatum esse quæ responderat, seruare, dixit Pontifex. Tunc Henricus petiit à Pontifice, vt illos confirmaret, quibus ipse Sedes Episcopales dederat, licet antea sacramento interposita iurauerat, se nunquam id à Pontifice petiturum. Paschalem vero id facere recusantem inuomis militibus, dato signo vna cum Cardinalibus cepit.

Capra est, cum Pontifice clericorum & laicorum ingens multitudo: pueri item, ac iuuenes, vtrique qui cum floribus ac palmis obuiam Henrico processerant, aut spoliati, aut uincti, aut caesi sunt. Post biduum Henricus castra mouit; Pontificem, quem aduocatis militibus sacris vestibus nudauerat, & clericos, laicosque captiuos fœnibus uinctos secum adduxit in montem Soractem. Ibi promisit se captiuos omnes liberaturum, si Pontifex postulata concederet. Id per Principes suos, ciuesque Romanos à Pontifice constanter petiit. Quidam Germani Præsules Pontificem adueniens ita locuti sunt: Oratum te precibus omnium volumus summo Pontifex, vt des te ad lenitatem, & Regi nostro placere uelis, eiusque consecrationem absoluas, vt ipse tibi, clero, ac ciuitati tuæ placetur, atque Ecclesia posthac omni suo studio complectatur. Quibus Pontifex, Quid est, quod à me requi-

ritis, inquit, fratres, An vos hominem tam iniquum, tam fraudulentum, tam facinorosum a nobis consecrandum censetis? Rite scilicet expiauit manus suas ad percipiendam consecrationem, qui aras Dei perfudit cruore sacerdotum & donum sanctificationis eruentavit sanguine interfectorum: Ne permittat Deus, ut ego hunc hominem consecrem, qui seipsum tantis flagitiis reddidit execrandum. Subiicientibus illis, dignitati pontificia, & eorum qui capti erant incolumitati conducete, ut Regis iracundiam mitigaret. Constanter respondit: Regem vestrum non metuo: sciat in caput meum, si audeat: neque enim durius in me consulere potest: vos autem cauete existimetis, qua ille seueritate in Clero & populo trucidando modo est usus, eadem in tota vita sua usurum. Neque enim videbit pacem, dum viuet, nec stirpem vllam regni relinquet. Quibus rebus vehementer Henricus excaudit, & ut eum de proposita sententia dimoueret, captiuos omnes in conspectum eius produci ad necem iussit.

Pontifex tanta animi virtute fuit, ut nihil permotus, singulos ad mortem pro diuino iure oppetendam hortatus sit, vitamque eis aeternam promisit. Carterum captiuo omnino prouidi, ad pedes Pontificis sese prouolentes, vltimi auocationem supplicii humiliter obsecravit. Tandem Pontifex doloris, & lachrymarum plenus dixit, se eo animo esse, ut si sibi subeunda necessitas sit, malit omnia acerba pati, quam de sententia cedere.

Verum eum, quod sua causa non faceret, id aliena esse facturum, id est, captiuorum seruandorum gratia, de suo proposito decessurum, & Henrico obsecurum. Composita res est. Henricus iuravit, se Pontificem, Cardinales, & omnes captiuos dimissurum: & Pontifex se Henrico priuilegium daturum, ut Episcopatus & Abbatias conferret. Acta sunt hæc anno Domini 1111. Anno proxime sequenti, Paschalis Generale Concilium in Lateranum vocauit. Et cum quererentur Cardinales, quod predictum priuilegium Henrico dederat, & eum Cleri, & populi effuso sanguine infamem ad Imperiale vestigium euekerat: Respondit Pontifex se, quod fecisset, necessitate compulsum fecisse. neque enim aliter se imminentem populi stragem, incendia vrbis, vastitatem agrorum prohibere potuisse: Priuilegium per vim & metum Imperatorem extorsisse: & ne quis de sua fide dubitaret, cunctis audientibus dixit: [Præter cætera à Romana Ecclesia approbata, se probare, aut respicere, quæcunque Gregorius Septimus & Victor Tertius decreuissent, aut repudiascent in causa tractata cum Henrico Tertio, patre ipsius Henrici Quarti.] Quo responso, cuncti ex scripto sic pronuntiarunt: Priuilegium pro liberatione captiuorum Ecclesia à Paschali Pontifice ut per Henricum Regem extortum omnes in hoc sancto Concilio congregati, legitima censura, & auctoritate Ecclesiastica iudicio sancti Spiritus condemnamus, & irritum esse iudicamus, eo nomine, quod in eo scriptum est, in re electum, Episcopum, vel Abbatem à nemine consecrandum, nisi prius à Rege iniussit: quod est contra Canones, & iura.

Quinto, anno Domini 1116. idem Paschalis Generalem Conuentum apud Lateranum habuit: vbi Pontifex audientibus vniuersis, sic dixit: Postquam Dominus me in manus Regis tradidit, videbam quotidie fieri rapinas, incendia, adulteria, cades, eaque ab Ecclesia Dei auertere cupiebam: itaque qua Henrico tribui, pro liberando Dei populo tribui. Iniquum priuilegium, quod in castris Henrici scripsi, tanquam irritum perpetuo anathemate damno. Vniuersi responderunt: Ita cuncti damnamus. Anno Domini 1122. Callisto Secundo, post Paschalem Secundum, & Gelasium Secundum Petri Sedem tenente, Henricus Quartus Imperator 9. Kalend. Octob. omni suo iure & priuilegio de Ecclesiis conferendis cessit, his verbis:

Ego Henricus, Dei gratia Imperator Augustus, pro amore Dei, & sancta Romana Ecclesia, & Callisti Pontificis, & pro salute anime meae, dimitto Deo, & sanctis eius Apostolis Petro & Paulo, & sancta Ecclesia Catholica omnem inuestituram, & annulum, & baculum: & concedo in omnibus Ecclesiis fieri electio-

nem & consecrationem liberam, possessiones, & regalia E. Petri, qua à principio huius discordia usque ad hodiernum diem, sine tempore patris, sine etiam meo ablata sunt, qua habet eadem sancta Romana Ecclesia restituo. Qua autem non habet, ut reddantur, fideliter adiuro: & de veram pacem Callisti, sancta Romana Ecclesia, & omnibus, qui in parte ipsius iuris, vel fuerunt, & in quibus sancta Romana Ecclesia auxilium postulauerit, bona fide iuuabo. Sic tandem finita est controversia, & causa, pro qua Gregorius VII. Victor III. Urbanus II. Paschalis II. Gelasius II. & Callistus II. contra Henricum III. & Henricum IV. filium eius acriter decertarunt.

Sexto, Callistus Secundus conuentum Generalem habuit Rhemensem Patrum 426. videlicet Episcoporum & Abbatum, & inter cætera præcepit Henrico IV. vt in, quo sacerdotia conferbat, omne dimitteret, quia erat contra Canones, & iura, & antecessorum suorum decreta super ea re facta, & renouauit.

Septimo, Aliud iudem Concilium, apud Lateranum celebravit anno Domini 1122. cui interfuerunt mille fere Patres, hoc est, Episcopi, & Abbates. Gratia sunt actæ Deo, de concordia inter Pontificem, & Imperatorem: & quod Henricus Quartus tandem Pontifici & Ecclesie se reconciliauerat.

Octauo, Innocentius II. anno Domini 1131. Rhemis Concilium Generale, ex Episcopis Transalpinis congregauit: in quo Anacleto Antipapam de integro condemnauit: & Ludouicum iuuenem, Ludouici Regis filium, Regia Francie corona Kalend. Nouemb. ornauit.

Anno Domini 1133. aliud Concilium ex Episcopis Italiae conuocauit Placentiæ: in quo interfuit Bernardus Abbas Clareuallensis, cuius consilio & sapientia est perfectum, & absolutum: in eo etiam anathemata contra Anacleto Antipapam & eius factores sunt renouata.

Nono, Anno Domini 1134. habuit aliud conuentum Generalem, ex multis Episcopis, & Abbatibus Occidentis: in quo Anacleto Antipapa reiecto, Innocentius II. vt verus & catholicus est ab omnibus receptus: deinde repudiato Conrado, Lotarius, vt verus Romanorum Imperator Augustus est approbatus.

Decimo, Anno Domini 1139. apud Lateranum conuentum ex Patribus fere mille, Episcopis, & Abbatibus habuit, vbi Anacleto Antipapæ fautores omnes dampnati, & ad piaculum recipiendum adacti sunt. Ordinationes ab Anacleto Antipapa factæ rescissæ sunt, hoc est, ij, quos ille ordinauerat, ab vsu & executione Ordinum remouiti sunt.

Vndecimo, Alexander Tertius anno Domini 1163. Concilium frequentissimum Episcoporum & Abbatum apud Turones in Gallia celebravit, in quo interfuerunt, 150. Episcopi, Abbates 400. Ibi acta Concilii Papiensis irrita facta sunt, & seuerissimis legibus Clerus, ab effusa licentia ad Ecclesiasticam disciplinam reuocatus est: renouata anathemata contra Victorium IV. Antipapam, & Federicum I. Imperatorem.

Duodecimo, Anno Domini 1177. idem Alexander III. Venetiis Concilium Generale ex cunctis Episcopis, & Abbatibus Occidentis conuocauit, in quo pax est composita inter ipsam Alexandrum Tertium, & Federicum Imperatorem I. quem vt Catholicum Pontifex recepit, & eius filium Henricum in Regem Romanorum, & Imperatorem Augustum futurum.

### C A P. XIX.

De consiliis Prouincialibus auctoritate Romani Pontificis, vel vsu Ecclesie comprobatis.

NON facile est recensere Consilia Prouincialia Canonica, & legitimam auctoritatem habentia: breuiter tamen in præfati loco dicam, quod, & quæ sint auctoritate legitima approbata.

In primis Leo Quartus scribens episcopis Britanniae, ut haberet *cap. De libellis. dist. 20.* sic ait: De libellis, & commentariis aliorum non conuenit laicos iudicare, & sanctorum Conciliorum Canones relinquere, vel Decretalium regulas, quae habentur apud nos simul cum Canonibus, quibus in omnibus Ecclesiasticis vim iudicis, id est, Apostolorum, Nicaenorum, Ancyranorum, Neocaesariensium, Gangrensi, Sardiceni, Africanensium, Carthageniensium. Gratianus item in *c. Prima annotatio. dist. 16.* sic habet:

Prima Annotatio, Ancyra Synodus dicitur, quae ante Nicaenam fuit, sed propter auctoritatem maiorem postponitur, in qua Patres decem & octo statuerunt Canones viginquaginta, quorum auctor maxime Vitalis Antiochena Episcopus extitit. Celebrata est, quamuis id Gratianus non dicat, Anno Dom. 316. *ut ait Onuphrius in Chronico.*

Secunda, Neocaesariensis, quae post Ancyranam legitur fuisse, in qua Patres decem & septem statuerunt Canones XIV. quorum auctor maxime fuit Vitalis episcopus Salonitanus. Peracta est haec Synodus paucis annis post Ancyranam, vel eodem anno quo Ancyra. *Onuphrius in Chronico.*

Tertia, Gangrensis, quae post Nicaenam legitur fuisse: in qua Patres 16. statuerunt Canones 20. Coacta est haec Synodus, teste *Onuphrio in Chronico* anno Domini 361.

Quarta, Sardicenis, quae fuit fere Generalis, ex plerisque Occidentis & Orientis Episcopis anno Dom. 347. in qua Synodo Patres plus quam 300. statuerunt Canones 21. quorum auctor maxime fuit Osius Cordubensis Episcopus, sedis Apostolicae Legatus, una cum Vincentio Episcopo Capuano, & Ianuario Beneuentano, & Calepodio Neapolitano.

Sciendum est, Sardicense Concilium vocari a Maioribus Generale, & Magnum, quia ex pluribus quam trigintaquinque Prouinciis Episcopi conueniunt ex Occidente 300. ex Oriente 70. *ut ait Athanasius in Epist. ad sol. & Apolog. 2. Socrates lib. 2. cap. 15. Sozom. lib. 3. cap. 11.* Missi sunt ad Concilium Legati a Iulio Pontifice Romano Archidamus, & Philoxenus presbyteri, teste *Athanasio. Apolog. 2.* quidquid dicat Gratianus Osum Cordubensem, & Prorogem Sardicensem Episcopum Primarium locum tenuisse, sed post Legatos, testatur *Sozom. lib. 3. cap. 11.* Agebat autem Osius Patronum Synodi, cuius erat definienda proponere, & singulorum rogare sententias.

Quinta, inquit Gratianus, Antiochena, in qua Patres 30. statuerunt Canones 59. quorum auctor maxime Eusebius Palaestina Episcopus extitit. Celebrata est anno Domini, *ut ait Onuphrius in Chronico*, 361.

Sexta, Laodicena, in qua Patres 32. statuerunt Canones 59. quorum auctor Theodorus Episcopus extitit, anno Domini 364. teste *Onuphrio.*

Septima, Africana, hoc est, Carthagenensis, quarta, anno Domini 397. in qua Patres 229. recitauerunt, & firmauerunt Canones 505. qui per diuersa Concilia Africanae prouinciae, tempore Aurelii Carthagenensis Episcopi leguntur esse conscripti.

Octaua, Carthagenensis VI. in qua Patres 228. statuerunt Canones 51. quorum auctor fuit Aurelius Carthagenensis Episcopus, anno Domini 418. In qua Synodo interfuisse legitur S. Augustinus Hipponensis Episcopus tempore Honorij Augusti.

Nona, Arelatenensis, in qua Patres C. statuerunt Canones quatuor; quorum auctor extitit Maurinus Arelaten Episcopus.

Decima item Arelatenensis, in qua Patres statuerunt 18. Canones: quorum auctor Caesarius Episcopus Arelatenensis fuit tempore Augusti Constantini.

Vandecima, itemque Arelatenensis, in qua Patres 18. statuerunt Canones XII. iterum Arelatenensis in Vico Hortensi, in qua Patres 71. statuerunt Canones: quorum auctor fuit Caesarius Arelaten Episcopus. XIII. item Arelaten.

in qua Patres 18. statuerunt Canones, quorum auctor maxime fuit Sarpilius Arelaten Episcopus. XIV. Arelatenensis, in qua Patres 26. statuerunt Canones, quorum auctor maxime fuit Hilarius Episcopus Arelatenensis. XV. Epauensis, in qua Patres 26. statuerunt Canones 9. quorum auctor maxime fuit Caesarius Episcopus Arelaten. XVI. Agathensis, in qua Patres 39. statuerunt Canones, quorum auctor maxime fuit Episcopus Arelaten. XVII. Aureliana, in qua Patres 72. statuerunt Canones, quorum auctor maxime fuit Aurelius Arelatenensis Episcopus. XVIII. iterum Aureliana, in qua Patres 30. statuerunt Canones. XIX. item Aureliana, in qua Patres 30. statuerunt Canones, quorum auctor maxime fuit Albinus Andegauensis Episcopus. XX. Aluernensis, in qua Patres 5. statuerunt Canones, quorum auctor fuit Honorius Episcopus. XXI. Maticensis, in qua Patres 21. statuerunt Canones, quorum auctor maxime fuit Priscus Episcopus Lugdun. XXII. item Maticensis, in qua Patres 86. statuerunt Canones, quorum auctor idem Priscus Lugdun. Episcopus. XXIII. Lugdun. in qua Patres 18. statuerunt Canones, quorum auctor maxime fuit Philippus Viennensis Episcopus. XXIV. iterum Lugdunensis, in qua Patres 30. statuerunt Canones, quorum auctor maxime fuit Priscus Lugdun. Episcopus. Haecenus Gratianus.

Ex his constat, Canones Ancyranos, Neocaesarienses, Gangrenses, Sardicenses, Africanos & Carthagenenses in Romana Ecclesia Canonicam auctoritatem habere. *cap. ut dixi, de libellis. dist. 20.* Item Canones Antiochenes, & Laodicenses confirmantur in 6. Synodo in Trullo celebrata, *Can. 2.* sed maiorem auctoritatem habent, quia communi Ecclesiastico vsu approbati sunt.

Item Mileuitana Synodus confirmata est auctoritate Innocentii, Arelatenensis I. auctoritate Leonis I.

Arelatenensis Synodi prima, secunda, & tertia communi Ecclesiastico vsu receptae sunt; ut etiam Aurelianae 1. 2. 3. 4. & 5. Sic etiam Aluernensis Synodus. Insuper Bracarenensis Synodi 1. 2. & 3. Praeterea septem Carthagenenses Synodi, Toleranae duodecim, vel tredecim, vel sedecim, Epauensis, Hispalensis prima, & secunda. Illerdensis, Caesaraugustana, Gerundensis, Patiensis 1. & 2. Cabilonensis, Tiburicensis, Turonensis prima, & secunda. Lugdunensis prima, & secunda. Maticonensis, prima, & secunda: Antiodorensis, in qua Canones 45. editi sunt: Agathensis, in qua Canones 71. conditi sunt: Valentina, in qua Canones 6. editi in Hispania: communi vsu Ecclesiastico receptae sunt.

Praeterea, multi Pontifices Romani Synodos celebrant, tum in Vrbe, tum extra Urbem, in Italia, Gallia, & Germania, quibus ipsi praesuerunt; quae cum ipsorum praesentia, & auctoritate coactae & absolutae fuerint, Canonicam habent auctoritatem.

## C A P. XX.

*Quid potestatis habeat Romanus Pontifex, in totam Ecclesiam Catholicam.*

**H**Aecenus dixi de summa Pontificis potestate in Generale Concilio: nunc dicendum est mihi de eiusdem auctoritate & potestate in totam Catholicam Ecclesiam: Nomen enim Generalis Concilii, non intelliguntur nisi Episcopi, & caeteri, qui Romani Pontificis auctoritate, ius & potestatem habet definiendi res fidei in Concilio Generali: at Ecclesiae Catholicae nomine, non solum Clerici omnes, sed etiam laici credentes in Deum comprehenduntur.

Primo quaeritur, Quare res publica, & multitudo credentium veniat Ecclesiae significatione? Respondet, nomen Ecclesiae esse Graecum; quod si verbum verbo reddamus, eadem est Graecis Ecclesia, quae Latinis conuocatio, vel Concio. Ecclesiastes enim dicitur Concionator. Fideles conuocati dicuntur, non quod merito, & in-

fitia

ficta sua, sed Dei gratia, & vocatione in vnum Ecclesie corpus coalescant. *Rabanus de Clericorum institut. capite primo.* Et quamvis Ecclesie nomen in veteri Testamento de piis & impiis dicatur: est enim in Psalmis, *Ecclesia Sanctorum, & Ecclesia malignantium*: In nouo tamen Testamento nunquam in malam partem accipitur, sed semper pro euentum, siue piorum, aut fidelium multitudine Communiter vero scriptores Eccl. ficti annotarunt, *vt ait Canus lib. 4. de locis, capite secundo*, in et Synagogam, & Ecclesiam discrimen esse: nam vetus ille Iudeorum populus Ecclesia, & Synagoga vocatus est: At Christiana re publica, neque in sacris literis, nec in Ecclesiasticis scriptoribus appellata est aliquando Synagoga, sed semper Ecclesia.

Secundo quaeritur, Quia in Ecclesia nomine intelligantur, siue quid Ecclesie voce significetur? Nicolaus Papa, *cap. Ecclesia, de consec. distinet. 1.* Ecclesiam desoluit, Collectionem fidelium, siue credentium: sed sciendum est, Ecclesiam posse dupliciter accipi. Primo, vt est omnium fidelium ab initio mundi vsque ad eius finem, & exitum multitudo: qua ratione S. Thomas de Ecclesia loquitur 3. *par. quest. 8. art. 3.* Sic etiam accipiunt omnes, qui dicunt esse nunc eandem Ecclesiam, quae fuit in populo Iudeorum sub lege Moysi, & in hominibus, qui ante Moysen sub lege naturali vixerunt. Sic accepta Ecclesia, non Baptismi sacramento seccatur, sed ratione fidei aliquo exteriori signo suscepta, & exulta. quae omni tempore Dei populum ab infidelium gente, & coetu separauit.

Secundo modo dicitur Ecclesia, quae in Christi nomine per Baptismum, qui est fidei sacramentum, Christianam plebem à Synagoga distinguit. Nicolaus Papa *loco citato* Ecclesiam primo modo accepisse videtur.

Tertio quaeritur, An Haeretici sint partes, & membra Ecclesiae? Certe ex definitione Ecclesiae, quam tradidit Nicolaus Papa, constat haereticos extra ecclesiam esse, quia à recta fide aberrarunt, & eam amisserunt, *Et ita testantur Cyprianus Epist. 3. lib. primo, quae est ad Cornelium, & secta, quae est ad Magnum. Augustin. lib. 3. de Baptismo. cap. vlt. & lib. 4. cap. 12. Gregor. lib. 12. Moralium cap. 15. Idem colligitur ex cap. Firmiter, de Summa Trinitate, & cap. Ecclesia, de consec. distinet. 1.* Item haeretici sunt fidei, & Catholicae religionis desertores: at nemo est intra Ecclesiam sine fide.

Obiiciunt quaedam, Haeretici sunt baptizati, & per baptismum Christi characterem habent, ergo sunt Ecclesiae partes? Respondeo, baptizatos eos quidem esse, & Christianum characterem habere, sed à fide in baptismum suscepta recessisse. Vnde ipsi per haeresein sese ab ecclesia diuiserant, nec quamdiu durat Baptismus, & character Christi ex eo susceptus, tamdiu ecclesiae membra, & partes efficiunt, sed quamdiu baptizati non sunt per haeresein ab ecclesia excisi & exclusi, quales sunt haeretici.

Secundo obiicitur; Haeretici ab ecclesia puniuntur, ergo in eos iurisdictionem habet, & proinde extra ecclesiam non sunt: Ecclesia enim non punit, qui extra eam sunt. Respondeo, puniri tanquam desertores, & transfugas, omnis enim res publica ius habet, & auctoritatem animaduertendi in eos, qui à data fide deficiunt.

Tertio obiicitur, Papa si sic haereticus, non est ipso iure Pontificatu priuatus, vt est multorum opinio; ergo adhuc est caput ecclesiae, at sic caput est: ergo membrum. Respondeo, Deum à quo Papa iurisdictionem accepit, tunc per illum tanquam per membrum separatum, & auisum ab ecclesia iurisdictionem exercere: nihil enim hoc mirum est, si enim etiam res publica aliquando sua munia, & officia exequitur, & obit per eos, qui non sunt reipubl. partes. *leg. Barbarius, ff. de offic. Praetoris.* Barbarius erat seruilis conditionis, & functus fuerat munere, & officio Praetoris: & respubl. rata, & firma habuit, quae in magistratu gesserat. Rata sunt, & firma acta per Papam Haereticum, donec iudicio ecclesiae publico fuerit à Pontificatu deiectus.

Quarto obiicitur; Apostolus 2. ad Timotheum 2. cum

dixisset; Hymenaeum, & Philetum a veritate excidisse, & subuertisse quorundam fidem, subiunxit: In magna domo non solum esse vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quaedam quidem in honorem, alia vero in contumeliam. Significat igitur, eos, qui à fide defecerunt, in ecclesia magna domo esse non quidem in honorem, sed in contumeliam. Et probatur, quia Augustinus tradens eum locum Apostoli, dicit: Haereticos esse quodammodo in ecclesia propter eadem sacramenta, quous administrandis cum ecclesia conueniunt, *lib. 3. de baptismo capitulo vltimo, & lib. 4. cap. 12.* idque confirmat testimonio Cypriani *Epistola secunda lib. 4. quae est ad Antoninum.* Respondit, Apostolum, si ad Hymenaeum, & Philetum verba illa retulit, non id tempus pro Casso, quo iam de domo fidelium communi per seclam priuatum exierant, sed illud potius, quo per susceptionem si em, ac baptismum in magna domo continebantur. Cum enim Paulus dixisset, quosdam a veritate excidisse, non omnes fragiles existimarentur, ac proinde Ecclesiam timentes, adiecit, in magna domo esse vasa aurea, argentea, & fictilia. Et quoniam quaereret fortasse quispiam, cur Deus in Ecclesia sua alios esse firmos, alios stare, alios excidere pareretur: Responderet apostolus, in magna domo non solum esse vasa aurea, & argentea, sed etiam lignea, & testacea. Ad Augustinum vero respondeo, non eum dixisse, Haereticos esse in ecclesia absolute, & simpliciter, sed quodammodo, quia nimirum sacramenta administrant. Nec Cyprianus *Epistola ad Antoninum* dixit: Haereticos intra ecclesiam esse, sed eos inlra ecclesiae sacramenta conferre.

Quarto quaeritur, An schismatici sint partes ecclesiae? Respondeo, schismaticos intra ecclesiam non esse: quia sicut haeresis diuidit, & separat haereticos ab ecclesia, ita schisma excludit, & diuidit schismaticos à capite, & unitate ecclesiae. Schismaticus etiam, si nondum haereticus sit, ab unitate ecclesiae recedit, sub ecclesiae capite esse, & ei parere recusat: non quod neget vnum in ecclesia oportere esse caput, sed quod fateatur hunc vel illum, videlicet Titium, vel Caium, non esse verum, & legitimum ecclesiae caput. *Sanctus Thomas secunda secunda, q. 39. art. 1. Et ibi Caius. & Turcremata in sum. lib. 4. part. 1. cap. 1.* Vnde Graeci quamuis alioqui haeretici non essent, si fateantur, spiritum sanctum ex patre, & filio, vel ex patre per filium procedentem, & primum Rom. Pontificis in tota ecclesia Catholica, nihilominus tamen eo solo, quod schismatici sunt, ab ecclesia Latina, ac proinde Catholica diuisi sunt, & exclusi.

Quinto quaeritur, An catechumenus sit pars, & membrum ecclesiae? Ratio dubitandi est, qui ex vna parte fidem habet: ergo est intra ecclesiam, quae est fidelium collectio. Ex altera parte baptismum nondum suscepit, & characterem Christianum non habet, at ecclesia per baptismum, qui est fidei sacramentum, à synagoga seccatur: itemque ab infidelium coetu distinguitur. *Turcremata in Summa libro primo, capitulo octiduo, ad octauum argumentum.* Catechumenus dicit esse in ecclesia merito, non numero: habet enim meritum, sed non facit numerum cum ceteris ecclesiae partibus: videtur solutio sumpta ex sancto Thoma *secunda secunda, questione prima, articulo nono, ad tertium.* Canus *libro quarto, de locis Theolog. cap. 2. versicul.* At Papa etiam haereticus, distinguit: aut Ecclesia accipitur prout est fidelium congregatio; & huius pars, & membrum est catechumenus: aut accipitur, prout est baptizatorum congregatio, & huius pars non est catechumenus.

Dicendum esse mihi videretur, catechumenus non esse partem, aut membrum ecclesiae: Ecclesia enim non in interiore solum mentis fide constituitur, sed fidei professione per signum, aut sacramentum aliquod exteriori facta. Nicolaus enim Papa, cum dicit ecclesiam esse collectionem fidelium, nomine fidelium intelligit eos, qui fidem professentur, exteriori aliquo sacramento diuinitus instituto: si enim ecclesia in sola fide interiore consisteret, visibilis

bilis non esset, & tamen visibilem ecclesiam esse dicimus, vt patebit inferius.

Secundo quaeritur, An excommunicati sint ecclesiae partes, & membra? Ratio dubitandi est, nam qui sunt excommunicati excommunicatione maiori, eo ipso sunt a fidelium coetu submoti? Respondeo, excommunicatos esse intra ecclesiam tanquam partes, & membra, quia fidem habent, baptismum, & characterem Christianum: nec sunt ab ecclesia per Schisma, vel haeresim excisi, ac diuisi: excommunicati vero dicuntur, quia eos ecclesia priuat suis communibus suffragiis, & prohibet a Sacramentis conferendis, & suscipiendis, & separat a conuictu fidelium, vt sic respiciant a suae contumaciae peccato; Pari ratione suspensi, interdicti, irregulares, & qui dicuntur in Iure Depositi, vel Degradati, sunt intra ecclesiam tanquam partes. Suspensi vero dicuntur, vel a Beneficio, vel ab officio: a beneficio quidem, quia fructibus Beneficii priuantur, nec eligere possunt. *Glossa in cap. cum Vincen- tinosi, de electione: ab officio vero, quia rite suo officio ecclesiastico fungi nequeunt. Glossa in cap. Audiuimus, 4. quae. 1.*

Interdicti vero sunt, quibus sacrarum rerum usus est interdictus; at Irregulares dicuntur, quia sunt extra Ecclesiae regulas, hoc est, secundum Canones ab ecclesiasticis Ordinibus, exclusi, ita vt promoueri nequeant; quod si fuerint promoti, vt Ordinibus iure non possunt.

Depositi vero dicuntur, quibus officium ecclesiasticum abrogatum est in perpetuum, sine vlla spe veniae. Degradati vero, quibus est ademptus omnis Clericalis gradus, etiam prima Tonitura, ita vt privilegiis, quibus Clerici fruuntur, amplius non gaudeant.

Septimo quaeritur, An Peccatores sint ecclesiae partes? Fuit olim haeresis eorum, qui Cathari dicebantur, id est, Pari, qui dicebant partem ecclesiae non esse eum, qui non esset pura, & integra vita. Hanc haeresim olim extincta, & seculam sulcitarunt Anabaptistae, item Ioannes VViclef. & Ioannes Hus sentierunt, ecclesiae partes non esse, nisi qui praedestinati sunt: quoniam 1. *Pe. 3.* Arca Noe est typus ecclesiae, in qua octo anime saluae factae sunt: ergo in ecclesia non sunt, nisi qui salui sunt. Item ecclesia ex filiis Dei coalescit: est enim mater eorum, quorum Deus est pater, at filii Dei sunt, qui Dei haeredes, & Christi cohaeredes sunt. 1. Ioan. 1. dicitur. *Ex nobis prodierunt, sed ex nobis non erant: nam aliqui permansissent nobiscum, si ex nobis fuissent.* Non igitur in ecclesia sunt nisi qui in suscepta gratia permanent: At hi Haeretici in Concilio Constantiensi damnati sunt. Insuper Lutherani negant partes ecclesiae esse nisi iustos & bonos. Contra hos omnes sacra

Denique hanc sententiam Catholicam olim egregie comprobauit Cyprianus *Epistol. 3. lib. 1. Ep. 2. Epist. libr. 4.* Hieronymus *aduersus Luciferianos*, Augustinus, *contra Petilianum lib. 3. c. 2. 3. 9. 12. 28.* Contra *Parmenianum li. 1. ca. 2. Ep. li. 3. c. 4. Ep. 5.* *Tract. de unitate Ecclesiae, c. 13. 15. 16.* Contra *Donatistas post collationem ca. 4. Ep. 5.*

Obijciunt Haeretici, In Canticis ecclesia nomine Sponsae dicitur, *tota pulchra perfecta*, in qua nulla macula inest: Respondeo, ea omnia dicuntur de ecclesia nomine eorum, qui sunt pura, integra, & perfecta vitae, sicut etiam eadem ecclesia dicitur *subnigra, & fusca*, nomine eorum, qui sunt in ea peccatores.

Secundo obijciunt: Paulus in Epistolis, eos qui sunt ad Ecclesiam vocati, & admissi, appellat sanctos: ergo ecclesiae pars non est, nisi Sanctus. Respondeo, omnes fideles, ab Apostolo vocati sanctos, non quod omnes vitae sanctitatem habeant, quae sine charitate non consistit: sed quia sunt diuinitus vocati ad ecclesiam Sanctam, vnde vocatione sunt Sancti.

Tertio obijciunt, peccatores sunt mortui, & fidem mortuum habent: at mortuum membrum desinit esse pars corporis. Respondeo, fidem in peccatoribus, quamuis viua per charitatem nobis sit, esse tamen veram fidem: solum enim dicitur mortua, quia charitatem, quae est vita, & forma virtutum, extrinseca quidem, non intrinseca. Vnde peccatores mortui esse dicuntur, quia per charitatem non viuunt: at quia adhuc retinent veram fidem, nec sunt ab ecclesia per Schisma, vel haeresim abscissi, sunt verae partes ecclesiae. Aliud vero est de membro animati corporis naturali, quod cum mortuum est, aridum est, & desinit esse sub vita, & forma animalis, quamuis quantitate corpori adhareat.

C A P. XXI.

Qualis sit Ecclesia.

Ecclesia quatuor, vel quinque habet propria. Est enim Vna, Sancta, Catholica, Apostolica, & Visibilis.

Primo quaeritur; Cur ecclesia dicitur vna? Henricus Octauus Rex Angliae in ea fuit haeresi, vt diceret tot esse ecclesias, quot regna apud Christianos: & vnumquemque Regem esse caput ecclesiae in suo Regno: ac proinde se dixit esse caput ecclesiae Anglicanae. Respondeo, distinguendo: vel ecclesia accipitur, vt est collectio omnium fidelium ab initio mundi vsque ad finem ipsius: & tunc dicitur vna ob professionem vnus, & eiusdem fidei. Nec refert in toto hoc tempore sint diuersi hominum status, variae leges, ritus, & mores: distincta sacrificia, & sacramenta: satis enim est ad ecclesiae sic sumptae unitatem professio vnus, & eiusdem fidei in Deum. Vel ecclesia accipitur, vt est collectio credentium in Christum, & sub Evangelio viuentium. Et tunc ecclesia dicitur vna: quia, vt inquit Augustinus *Psal. 85.* in ea est vna fides, vna spes, vna charitas, & vna expectatio patriae caelestis: Reuera ecclesiae sic acceptae unitas consistit in professione vnus, & eiusdem fidei, Baptismi, & Sacramentorum sub vno capite visibili, videlicet, Romano Pontifice; vnde qui sunt intra ecclesiam eiusdem Legibus, & praecipis communibus tenentur, quamuis speciales ritus, & mores, & leges obseruent; *Turrecremata in sum. li. 1. c. 6. 7. Ep. 8.*

Secundo quaeritur, Cur ecclesia dicitur Sancta? De hac quaestione *Turrecremata in sum. in libr. 1. cap. 9. 10. 11. Ep. 12.* Respondeo, Sanctum, idem esse quod mundum, ac purum. Deinde Sanctum dicitur, quod est Deo Religiose dicatum, firmum, & stabile, ecclesia dicitur Sancta, a Sanctitate fidei, & doctrinae, sacrificiorum, & Sacramentorum, dicitur Sancta, quia diuinitus vocata ad vitae sanctitatem. Item sancta dicitur; id est, firma, & stabilis Deoque consecrata.

Quaerens, An dicatur etiam sancta, quia in ea nunquam defectura sit diuinae gratiae sanctitas? Respondeo, hoc etiam modo dici sanctam, sed non quod omnes qui sunt intra ecclesiam, habeant huiusmodi sanctitatem, sed quod in

Matt. 22. 29. Ep. 13.

Scriptura facit, dicens: *Simile esse Regnum caelorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo: in quas etiam intrauit is, qui mistus est in tenebras exteriores. Simile quoque esse dicitur Regnum caelorum decem Virginibus, quarum quinque erant fatuae, & quinque prudentes. & quinque fatuis clausa est ianua. Similis est ecclesia reui, quo pictum omne genus colligitur: nec seliguntur, donec sint in litore expositi, vbi Angeli separabunt de medio iustorum malos, & mittent eos in caminum ignis. Similis quoque est ecclesia agro, in quo seminatum est bonum semen, & tamen inimicus homo seminavit zizania; quibus non expurgatur, donec in aream aduecta fuerit messis: tunc enim colliguntur zizania, & in fasciculos alligantur ad comburendum.*

Item ecclesia est area illa, in qua sic collectum est triticum, vt sub palea delitescat, donec repurgatum in horreum reconditur, & paleae comburuntur igne extinguibili. Est ecclesia magna illa domus in qua sunt vasa aurea, & argentea, lignea, & fictilia. In familia Christi seruus nequam inuenitur, non solum ille, qui conseruo misericordiam denegauit, sed etiam is, qui super familiam constitutus, cum moram Domini cauaretur, & pristinum timorem abieceret, cepit perecutere seruos, & ancillas, edere & bibere; & inebriari.

ca temperant aliqui hanc præditi sanctitate, & non solum infantes, & cæteri paruuli rationis impotes, & baptizati, sed etiam aliqui adultæ ætatis: nunquam enim in Ecclesia Christi deficient, qui hac præstant sanctitate. Et quamquam multi sint in Ecclesia peccatores; sancta nihilominus dicitur Ecclesia à potiori, nobiliori, & digniori parte.

Tertio quaeritur, Cur Ecclesia dicitur Catholica? *Turrescrem. in sum. libro primo, & cap. 13. usque ad decimum septimum.* Respondeo, Catholicum Græcis dici, quod Latinis Vniuersale. Nominatur igitur Ecclesia vniuersalis; quoniam in omni gente, natione, populo, sexu, conditione, & tempore longe, lateque patet.

Quarto quaeritur, Cur dicitur Apostolica? *Turrescrem. in sum. lib. 1. cap. decimo octauo, & 19.* Respondeo, Apostolicam dici, quia est Apostolorum prædicatione propagata, & quia Apostolorum fidem, & doctrinam continet; unde Apostoli fundamenta Ecclesiæ, magistrum, pastores, & patres dicuntur.

Quinto quaeritur, Cur Ecclesia dicitur visibilis? Respondeo, dici visibilem, quia in vniuersis, & eiusdem fidei professione consistit sub vno capite visibili, videlicet summo in terris Christi Vicario Romano Pontifice, qui est Petri successor, super quem Christus ædificauit Ecclesiã. Dices; Quid igitur dicendum, cum defuncto Romano Pontifice Sedes Apostolica vacat? Respondeo, Ecclesiam tunc iure diuino compelli ad eligendum, & creandum Romanum Pontificem, qui sit totius Ecclesiæ caput. Unde quamuis tunc vidua suo pastore sit, visibilis est; in ea enim est cæterus Præsidium, siue Rectorum, qui diuino iure coguntur vnum caput Ecclesiæ præferre. Quare falsa est, & hæretica sententia dicentium, Ecclesiam non nisi Prædestinatorum esse, scilicet communiter nequit, qui sint Prædestinati; quare si Ecclesia solum prædestinatis constaret, ignoraretur profecto, vbi nam esset Ecclesia: Fides nostra nutaret, eo quod fides nostra sit Ecclesiã: Prædestinatorum vero Ecclesia nobis ignota est: ergo nesciret quis, An fides sua, cum Ecclesiæ fide consentiret, vel an ecclesiæ fidem sequeretur, & teneret.

Sexto quaeritur, Quando nam incepta Ecclesiã? Hæc quaestio non est de Ecclesia, vt est collectio baptizatorum non diuisa, vel abscissa per hæresim, aut schismã, ab vno visibili capite, scilicet Romano Pontifice: hanc enim fundauit Christus, & super Petrum solidissimam petram ædificauit, iuxta illud: *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quæstio igitur est de Ecclesia, prout est collectio omnium fidelium ab initio mundi vsque ad finem. Ratio dubitandi est, quia ex vna parte videtur in Adamo corpulisse; is enim primus veram fidem habuit, & Ecclesiã sic accepta est fidelium collectio: ex altera parte, Augustinus in *Psalmum 118. & in Psalm 128* & Greg. homil. in *Euangel. Matth. 20. de patrefamilias conducente operarios in vineam suam* manifeste aiunt: Ecclesiam corpulisse in Abele primo iustorum, & ratio id videtur ostendere, quia si alioqui in Adamo cœpit, consequens est, vt aliquando Ecclesiã Sancta non fuerit, eo videlicet tempore, quo Adam, & Heua peccatores erant. Respondeo, Ecclesiam corpulisse in Adamo, quia vbi est ecclesiã, ibi est vera fides, vt ait *Auctor Commentariorum in Psalmos, nomine Hieronymi Psalm. 113.* Gregorius vero cum ait Ecclesiam in Abele corpulisse, loquitur de Ecclesiã iustorum, cum improbis commista: tunc enim cœperunt esse intra Ecclesiam boni, & mali. Similiter cum Augustinus ait *Psalm. 122.* [Aliquando Ecclesiã in solo Abele erat, aliquando in solo Enoch] loquitur de ecclesiã, vt est collectio iustorum: Cum enim dicit, in solo Abele fuisse, vel in solo Enoch, non significat tunc reuera alios non fuisse viros iustos, sed in sacris literis non numerari, quemadmodum Melchisedech *ad Heb. 7.* fuisse perhibetur sine patre, & matre, & genealogia, eo quod pater, & mater in genealogia eius in Scriptura non referantur. Ad aliud argumentum respondeo: Ecclesiam non defecisse, cum Adam, & Heua peccatores fuerunt: nam est peccatores erant, veram tamen fidem habebant, in eadem professione Ecclesiã consistit.

Septimo quaeritur, An fide diuina credatur, hanc Ecclesiam, quæ nunc militat, & viuit sub hoc Romano Pontifice, qui nunc est, esse veram & Catholicam Ecclesiam? Respondeo, id fide diuina credi, alioqui enim, si fide tantum humana crederetur, subesse falsum posset, & proinde Catholici falli, & decipi possent: crederent enim se in vera, & Catholica Ecclesia esse, cum tamẽ alioqui non essent. Deinde quia hæc Ecclesiã obligat nos ad credendum fide diuina, id quod ipsa definit in fide. Accedit, quod fides nostra resoluitur in testimonium diuinum, quo Deus aliquid dicit, & in testimonium Ecclesiæ, vt iudicis & interpretis dati à Deo ad res fidei definiendas, & declarandas. Ad assensum igitur huius singularis propositionis, hæc ecclesiã, quæ nunc subest huic Rom. Pontifici, est vera & Catholica, fides diuina mentes Catholicorum proxime mouet.

Obijcies: fide diuina non creditur, hunc vel illum Titium videlicet, vel Caium esse Romanum Pontificem, quia fides diuina non dicit eam esse baptizatum, aut esse Canonicum, & legitime electum: quod si baptizatus non sit, aut non rite electus, haud dubie summus Pontifex non est: at fide humana non diuina hæc duo creduntur, nempe eum esse baptizatum, & legitime electum. Respondeo, singularitatem Dei prouidentiam in his, quæ sunt Fidei, non desesse, quod si is, qui nunc est Pontifex Romanus, baptizatus non esset, aut Canonicus, & rite electus, non permitteret Deus, vt summus Pontifex crearetur: enim qui promissit se ecclesiæ affuturum, promissit etiam se nunquam defecturum in his, quæ ad Fidem spectant. Cum igitur fide diuina credatur, hanc Ecclesiam, quæ nunc patet huic Romano Pontifici, esse veram, & Catholicam; Deus ei singulariter assistet, ne aliquid deficiat quod ad verum, & legitimum Romanum Pontificem requiritur. Nam sicut, quia Ecclesiã errare non potest, in aliquo inter Sanctos referendo; ac proinde consequens est, vt Deus singulariter assistat, ne testimonia alioqui humana falsa sint, ita vt si falsa essent, id ex singulari Dei prouidentia Ecclesiæ notum fieret; sic etiam Deus assistit, ne is qui baptizatus non est, aut non rite electus, summus Pontifex sit.

#### C A P. XXII.

Quæ sint Ecclesiã Catholica nota, quibus internosci, & discerni queat.

Ecclesiã, vt dixi superiori Capite, est visibilis, & ideo cæteris quibusdam notis internoscitur, ac discernitur: de quibus *August. lib. de ciuitate. c. 16. & 17.*

Prima Ecclesiæ visibilis nota hæc est, Doctrina Apostolorum, siue scripto, siue voce tradita: quæ in Ecclesia Catholica ad nostra vsque ad tempora continuata, sine ulla interruptione seruatur. Ex hac nota Sancti Patres probant apud nos esse Catholicam Ecclesiam. *Irenæus, lib. 3. ca. 3. Et plenissima est, inquit, hæc confessio, vnam & eandem vniuersalem esse suam quæ in Ecclesia est ab Apostolis usque nunc ante seruata. & tradita in veritate.* Augustinus *lib. 4. contra duas Epistolas Pelagianorum, e. 12.* docet, fidem hostiã esse veram atque Catholicam, quia doctrina Sanctorum antiquorum adhuc conseruatur. Idem probat latissime Vincentius *Lyrensis in arce suo illo libello contra Hæreses.*

Secunda Nota Ecclesiæ est, Romanorum Pontificum à Sancto Petro vsque ad nos continuata successio. Est enim mirabile, quod ab eo tempore vsque ad nostrum hoc præsens omnes Romanorum Pontifices certo ordine recensemus Per tot schismata, & tot Ecclesiæ persecutiones, bella, pestes, & alios hostium insultus nunquam est interrupta series Romanorum Pontificum. Hoc argumentum vtebatur Irenæus suo tempore *lib. 3. c. 3. & lib. 4. c. 4. & 63. Tertul. lib. de Præscript. aduersus Hæreticos, Origens in Proœmio libri primi Periarthon. Cyprian. li. 1. epist. 6. ad Magnum & 11. 4. Epist. 9. Eusebius lib. 5. histor. Ecclesiast. c. 6. Augustinus contra Epistolam Manichæi. c. 4. & epist. 165. Optatus Mileuit. lib. 2. aduersus Parmenianum.*



Nota tertia est, concors doctrina in his, quæ sunt fidei, quæ in ecclesia Catholica semper est: *Non est*, inquit Tharathus Patriarcha Constantinopolitanus, in secunda Synodo Nicæna, in *Ecclesia Dei est, et non est, sed semper ibi est: Est: quod nunquam accidit, nec accidit in Hæreticorum commentariis, sicut nec in Philosophorum Gentilium scitiis.*

Quarta Nota Ecclesiæ, quod in ecclesia Catholica refidet vnus Romanus Pontifex Christi Vicarius, qui eam tanquam caput, pater, magister & doctor dirigit, & gubernat. Nam suam ecclesiam Dominus super Petrum ædificauit, & Petrus Romanus Pontifex successit auctoritate, & potestate, quam ille accepit, sibi & Successoribus vsque ad finem mundi futuris.

Quinta Nota est: In Ecclesia Catholica tot, & tanti Martyres extiterunt, qui suo sanguine eam Christi doctrinam, quam nos profitemur, egregie, & mirabiliter defenderunt.

Sexta Nota est: Tot virorum Sanctitas multis argumentis vndique comprobata, qui in hac, & eadem Ecclesia, in qua nunc sumus, sanctissime vixerunt: eandem fidem, Religionem, & Doctrinam sequentes, quam nos sequimur, & tenemus.

Septima Nota: Ingens est miraculorum multitudo, quæ non solum antiquis temporibus sunt diuinitus patratæ, sed nunc etiam patrantur in hac eadem Ecclesia, in qua sumus, in qua militamus, & viuimus, seruantur integra, & incorrupta multa Sanctorum hominum corpora: *estant enim ossa, & alia reliquia, ex quibus lacteus quidam humor emanat: extat & quorundam Martyrum sanguis, qui certis quibusdam temporibus liquefit, & tanquam recens effusus ebullit. Sunt multa quoque edita miracula per venerabile Altaris Sacramentum: vt constat ex historis fide dignis.*

### C A P. XXIII.

#### Quod Ecclesia in Fide, & moribus errare non possit.

Ecclesia Catholica vocatur ab Apostolo Columna, & firmamentum veritatis: est à Christo super Petrum ædificata: aduersus quam portæ inferi non præualebunt. Promisit Christus Apostolis, & in illis toti Ecclesiæ Spiritum sanctum affuturum, qui doceret omnem veritatem: dixit Petro, quem totius Ecclesiæ caput constituit: *Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. Eisdem Scripturarum testimoniis comprobatur, veram Dei fidem nunquam in ecclesia Catholica defecturam: quod ita accipiendum est, vt non solum fides in Ecclesia sit semper permanens, quia in paruulis baptizatis semper futura erit, sed etiam semper durabit, quia in iis, qui sunt adultæ ætatis, nunquam extoto deficiat. Error fuit cuiusdam asserentis, tempore Antichristi fidem in omnibus adultis, defecturam: & nihilominus, aiebat ille, non ideo quod in tota Ecclesia deficiat, quia in infantibus, & cæteris impuberibus baptizatis permanebit.*

Quæres, An in Ecclesia Catholica saltem per ignorantiam probabilem, & iustam esse possit error in fide, & moribus? restatur Canus lib. 4. de locis Theolog. cap. 4. Conclus. 2. vers. *Assunt ergo, videri sententiam Glossæ interlinearis, super illa Matthæi decimi sexti: Porta inferi non præualebunt aduersus eam, posse in Ecclesia talem errorem esse: quod, inquit ille, videtur sanctus Thomas sentire in 4. dist. 6. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 3. Turrecremata in sum. de Ecclesia libro secundo cap. 91. Alphons. Castren. De iusta Hæret. punit. lib. 1. cap. 2.*

Hæc sententia probabilitatem nullam habet, & piæ aures offendit, nec alicuius Catholici Auctoris testimonio munitur, quidquid Canus dicat. Est enim in Ecclesia Spiritus sanctus, qui est Spiritus veritatis, quo assistente sicut Ecclesia non potest alios fallere, ita nec falli, ac decipi. Obijcitur, per ignorantiam iustam, & probabilem cõtractus omni culpa vacat, quia bona fide suscipitur: ergo

nihil impedit, quo minus talis error esse possit in Ecclesia Catholica. Item per eiusmodi errorem fides vera non amittitur: ergo etiam si hoc modo erret, Ecclesia fidem non perdit. Respondeo, nihil referre, si talis error sit extra culpam, & cum fide coherere: satis enim est, quod sit error in fide, vel moribus: tunc enim ecclesia falleretur, & error in Spiritum sanctum, tanquam in auctorem referretur.

Contra hæc obijciuntur quædam. Primum ab Hæreticis Hussitis: nam multis ab hinc annis ecclesia priuauit Laicos communionem vtriusque speciei, cum tamen ea sit ad salutem necessaria, iuxta illud Christi Domini: *Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Respondeo ad textum, siue sub specie panis, siue sub specie vini Christum sumamus, & carnem eius & sanguinem accipiamus, quia in altero a specie totus integer Christus est. Diuini quidem iuris, & mandati est, vt vtraque terrena specie, sub qua caro Christi editur, & sanguis bibitur, Christum sumamus. Non est igitur necessarium ad salutem, quod vtramque speciem accipiamus, quamuis Sacerdotes mandatum habeant, vt in vtraque sacrificent, & cum sacrificauerint, vtramque sumant. Nulla ergo iniuria laici afficiuntur, nec vilo fructu ad salutem necessario priuantur: Quare ob multa pericula, & incommoda a calicis potu excluduntur.

Secundo obijcitur, Olim Ecclesia infantibus baptizatis calicis potum præbebat, quibus postea denegauit: ergo aut tunc errabat ecclesia conferendo, aut eum denegando. Respondeo, olim quorundam ecclesiarum duntaxat, non totius Ecclesiæ Catholiæ fuisse morem, Eucharistiam baptizatis paruulis conferendi: quem morem etiam nunc Græci retinent, at merito in Latinorum ecclesia ea consuetudo subla:ta est, quia paruuli sacrum cibum à profano per ætatem distinguere, ac discernere nesciunt, nec tantum Sacramentum suscipere queunt, sine frequenti, & magno periculo expuedi.

Dices: Ergo errabat illa ecclesia, quæ tantum Sacramentum paruulis ministrabat. Respondeo, vt dixi, consuetudinem illam non fuisse totius Ecclesiæ Catholiæ: & nihilominus particulares ecclesiæ, in quibus erat consuetudo recepta, in fide, vel moribus non errabat, quia etsi paruuli sacrum cibum a profano non distinguere, nihilominus tamen Sacramenti gratiam recipiebant, sicut nunc apud Græcos recipiunt infantes, quibus Eucharistiam conferunt. Dices: saltem errasse illas ecclesias, eo quod putauerint necessariam esse ad salutem infanti:bus Eucharistiam, sicut ait Dominus apud Ioannem: *Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & c. non habebitis vitam in vobis.* Respondeo, sic id putabant illæ ecclesiæ, & error non erat totius Catholiæ ecclesiæ, sed particularium ecclesiarum: quemadmodum nunc error Græcorum fuisset, si credidissent id esse necessarium paruulis ad salutem: sed dabunt illæ ecclesiæ paruulis Eucharistiam vtilem, & salutarem, nolentes eos tanto bono priuare. Postea vero iudicatum est, fatius esse eis denegari propter causas iam assignatas.

Tertio obijcitur: Antiqua Apostolorum ecclesia pro Canonicis scripturis habuit tres Libros Machabæorum, vt constat ex Canone Apostolorum 84. at nunc ecclesia tantum duos libros Machabæorum, vt Canonicos, & sacros agnoscit, & habet: ergo vel nunc, vel tunc errabat ecclesia. Respondeo, illum Canonem apocryphum esse: Nec obstat si dicas in sexta Synodo Generali in Trullo celebrata recipi Canones Apostolorum 84. nam vt supra dixi, nec Trullani Canones in Latinorum ecclesia Canonicam auctoritatem habent, nec for Canonem Apostolorum tanquam Canonicos Romana ecclesia agnoscit ac recipit.

Quarto obijcitur, Olim in Ecclesia Euangelica pro sacris libris non habebantur Tobias, Iudith, Sapientia Salomonis, Ecclesiasticus, Machabæus, & quidam alii: at nunc in ecclesia sunt recepti tanquam sacri, & Canonici: ergo vel hæc, vel illa ecclesia errabat. Nam error est, vel

pro Canonico habere eum, qui profanus est, vel credere non esse Canonicum eum, qui reuera Canonicus, & Sacer est. Respondeo, semper in ecclesia fuisse, & esse auctoritatem, & potestatem declarandi, quæ sunt Fidei. Nec promittit cum ecclesia id declarat, nouum Fidei articulum condit, sed explicet, & declarat. Olim igitur libri aliqui facti, & Canonici pro talibus non habebantur, non quia essent Canonici, sed ecclesia adhuc tales esse non declarauerat. Non est igitur error in Fide, aliquos libros Canonicos tanquam tales non habere, Ecclesia id nondum declarante: nec est error in Fide declarare hoc, vel illud esse Fide diuina credendum, quod antea non erat declaratum, & explicitum. Esset error, in Fidelibram, qui reuera profanus est, credere esse Canonicum, vel ut talem definitum. Esset è contrario error in Fide libram qui reuera Canonicus est, credere, vel dicere, vel definire esse profanum, hoc autem nec ecclesia fecit inquam: nec faciet, nec etiam facere potest.

Quinto obijciunt Lutherani, & Caluini, in ecclesia vulgaram editionem Latinam Bibliotam esse approbatam, & tamen non solum innumeros continet errores contra Hebraicam, ut ipsi dicunt, veritatem, sed etiam aliquas hereses, qualis est illa v.g. in Psalm. 1. *Ido non resurgunt impij in iudicio*: ubi negatur futura improborum hominum resurrectio, & in illa in Psalm. 18. *In omnem terram exiit sonus eorum*: ubi tribuitur sonus caelis, qui fuit error Philosophorum Gentilium, dicentium caelos perpetuo circumuolui, & suo motu sonum edere. Respondeo multa hic calumniam Hæreticos, ut vulgata Latina editio auctoritatem abrogat. Quidquid illi criminatur, in primis vulgata Latina editio quamuis ab Hebraica lectione sæpe recedat, verbis tantum, non sensu recedit, ut probe norunt, qui sunt Hebraici sermonis periti. Deinde, vulgata Latina editio aliquando alium sensum exprimit, quam habet textus Hebraicus, diuersum quidem, sed non contrarium. Id etiam patet his, qui Hebraice sciunt: hoc autem vitium non est, siquidem inter Euangelistas aliquando vnus exprimit id quod alius subticuerat. Præterea, et si vulgata editio Latina, alicubi sensum habet Hebraicæ lectioni contrarium, nullus propterea esset error in motibus, vel in Fide Catholica: nec enim consequens est, hoc vel ille sensus pugnat cum Hebraicæ lectione: ergo continet errorem: sensus enim vulgatae, & Latinae editionis potius stare debent, quam Hebraicæ editionibus: nam vulgata editio Latina est in ecclesia, plus quam per mille annos vsu approbata, & de Hebraicis codicibus dubitare merito possumus, An sint omni ex parte incorrupti: nec ecclesia eos sua auctoritate approbavit, ut comprobavit vulgaram editionem Latinam in Concilio Tridentino. Ergo sensus quem habet vulgata Latina editio, est certus, & indubitatus: Hebraicæ vero lectionis sensus non item tenendus est certus, & dubius relinquendus.

Ad id vero, quod Hæretici obijciunt de illo in Psalmo primo: *Ido non resurgunt impij in iudicio*: Respondeo, sane ridiculum est: ponitur enim in fine versiculi: *in consilio iustorum*: ubi illud (iustorum) per Zeugma ad vtramque, quod præciserat, referendum est. Sensus est: Ideo non resurgunt impij, nimirum in iudicio iustorum, hoc est, resurrecturi non sunt in resurrectione iustorum ad vitam in Cælesti patria gloriose ducendam. Item ridiculum est & illud, quod obijciunt ex Psalmo 18. *In omnem terram exiit sonus eorum*: sæpe metaphoris, & quod videntium est, tribuimus ijs, quæ vita carent. Datur igitur caelis sonus, sicut etiam tribuuntur verba, cum dicitur: *Et in fines orbis terra verba eorum*. Sensus est: Cæli ipsi suo motu constanti & perpetuo videntur prædicare, & sonare laudes Dei, quasi dicat, sunt cæli veluti quidam diuinacum laudum præcones, & nuncii.

Sexto obijciunt Apostolica ecclesia vetus in 4. feria ieiunium celebrabat, ut habet Canon Apostolorum 68. & in die sabbati ieiunium non suspiciebat: nam sabbatum, tan-

quam diem dominicum, ut festum venerabatur, ut colligitur ex Canone Apostolorum 65. Item animarum sanguinem non edebat. *Act. 15.* ac nunc ecclesia in feria quarta carnis vescitur, a quibus abstinere die sabbati, & animalium sanguinem edere, nec sabbatum, ut festum colit. Respondeo hæc omnia fuisse Apostolorum mandata non in perpetuum duratura, aut seruanda, sed ad tempus, ut iudeorum, & Gentilium animi conciliarentur.

Septimo obijciunt: Olim populus Christianus vigilabat, & pernoctabat in templis, proxime ante dies Martyrum natales: qui mos tanquam noxius, è medio sublatum est: ergo tunc, errabat ecclesia: Respondeo, eiusmodi morem, ac ritum fuisse sublatum, non quod per se malus, aut noxius esset, sed quod deperitatis hominum moribus minus conueniens esse cõpisset: bonis enim aliquando abutimur, quod nostra culpa est, non vitium rei: & in omni Republica receptum est, ut antiquæ leges Maiorum auctoritate ante sanctæ, quod hominum culpa, minus temporis presentis conueniant.

Octavo obijciunt, Quod ecclesia permittit Angelos depingi tanquam corporeos, cum tamen reuera Spiritus sint. Item Deum tanquam senem, & corpus, cum tamen spiritus æternus, & immutabilis sit, ergo in hoc fallit. Respondeo, pro solutione animaduertendum esse, aliquando nos uti rebus tanquam symbolis, & signis aliarum rerum: unde sicut in metaphoris, & aliis tropis verborum mendacium non est, quia non accipiuntur verba proprie, sed translate; sic etiam in rebus, quibus vtiuntur tanquam signis aliarum rerum, nullum mendacium est, si accipiuntur non secundum id, quod sunt, sed secundum id quod significant: ac ita multa sunt in ecclesia vsu recepta absque vilo errore, & mandato: verbi gratia: Depinguntur Angeli iuvenes, alati, vestibus radiantibus induti, eo quod hæc omnia accipiuntur ad significandum eorum vitam florentem, & celeritatem in obeundo quod faciunt, & letitiam, qua gaudent: sic etiam Deus depingitur in specie, & figura, qua apparuisse in sacris literis legitur: Sic etiam sancti homines depinguntur aliquando, ita ut in pictura ipsa, & figura aliquod designetur, quod fecisse dicuntur.

#### C A P. XXIV.

An Ecclesia sit maioris auctoritatis, quam Scriptura Sancta, an è contrario.

Quæstio sensus in eo solo consistit, An quod ari-  
net ad veritatem, & certam Fidei normam & regulam, plus habeat auctoritatis Scriptura Canonica, An ecclesia: Scriptura, & ecclesia in veritate sunt pares, siquidem veritate est ab Spiritu sancto, & Spiritus sanctum assistentem, & Christi promissionem habet, ne erret in Fide: sensus ergo quæstionis est, An Scripturæ credamus propter ecclesiæ auctoritatem, An vero potius ecclesiæ propter auctoritatem Scripturæ Canonice?

De hac quæstione Abulensis, *quæst. 13. præcæmialis super Matthæum*, Ioannes Dryedon, *de Ecclesiæ dogmatibus, lib. 2. cap. 3. ad quartum argumentum*. Caietanus in *Apologia de auctoritate Papa, cap. 13. ad quintum argumentum*. Medina *lib. 7. de rectoria in Deum fide, capit. decimo octauo*. Tot ratio dubitatio est: quia videtur auctoritas ecclesiæ Scripturæ præferenda, eo quod ecclesia sit iudex in agnoscendis, definiendis, & declarandis libris Canonice; Item interpretes in discernendo, & desipiendo sensu Scripturæ germano, vero, & certo. Accedit quod Augustinus ait, contra Epistolam Fundamenti, cap. 8. *Euangelio non crederem, nisi me Ecclesia auctoritas commoueret*.

Ex altera parte, Scripturæ auctoritas videtur omnino ecclesiæ anteferi. Nam scriptura est proxime ab Spiritu sancto dictata, non solum quantum ad sententias, sed etiam quantum ad verba. Item ecclesiæ auctoritas ex Scriptura descendit ac pender.

Hereticis Lutherani, & Calviniani Catholicos calumniantur, quod ecclesiam auctoritatem Scripturæ anteponant. Inter Catholicos sunt tres sententiae: Una est alle-rentium, maioris auctoritatis esse Scripturam quam Ecclesiam: hanc multis probat argumentis *Medina loco citato*. Secunda est aliorum dicentium, auctoritatem ecclesiae esse maiorem, quam Scripturæ. Sic *Abulenſis loco praefato*. Tertia est Iohannis Dryedonis, & Caietani locis *supra allegatis* distinguentium: Aut est sermo de Ecclesia, ut continet Prophetas, Apostolos, & ceteros librorum Canonico- rum Scriptores: aut de ecclesia, ut excludit eos. Si sermo sit de ecclesia primo modo accepta, ea maioris est auctoritatis, quam Scriptura, quia totum maiorem habet auctoritatem, quam pars: ac ecclesia sic accepta comprehendit ipsos Sacrae Scripturæ Auctores. Si vero de ecclesia loquamur secundo modo, minor est eius auctoritas, quam Scripturæ: auctoritas enim ecclesiae est ex Scripturis Prophetarum, Apostolorum, & aliis Libris Canonice comprobatur.

Profecto Scriptura, & ecclesia in hac parte se habere videntur sicut Regis, vel Imperatoris edictum, vel mandatū, & publici, ac regi tabellionis, vel notarii testimonium: quemadmodum enim Regis edictum auctoritatem non habet inter homines Prius ipsi subiectos, nisi Regis, vel Imperatoris publico testimonio comprobetur: non quod tale testimonium faciat insudatæ Regis, sed quod testificetur hoc vel illud esse mandatū Regis, vel Imperatoris. Sic etiam Scriptura Canonica non agnoscitur, aut habetur, nisi ecclesiae auctoritate, & testimonio probetur; non condit ecclesia Scripturam Canonicam, sed declarat, an hæc vel illa sit Scriptura Canonica. Hinc non sequitur, ut ecclesia sit per se maioris auctoritatis, quam Scriptura. Dixi, *per se* quia reuera, meo iudicio, si de re ipsa per se loquamur, maioris est auctoritatis Scriptura, quam Ecclesia: quamvis, quod ad nos pertinet, certior, & firmitior est ecclesiae auctoritas, quam Scripturæ: quemadmodum, inquitur Philosophi, aliquid per se, & suapte natura notius alio, est tamen nobis minus notius: quia propter non sequitur, Moſem esse maioris auctoritatis, quam Christū, quamvis Christus dixerit: *Si credideritis Moysi, credetis forsitan & mihi: & scrutamini Scripturas, quia illa sunt, quae testimonium perhibent de me*.

Concludimus ergo: in Scripturis Sacris cognoscendis, definiendis, & earum sensibus tradendis, & interpretandis Ecclesiam nobis esse certissimum testem, qui errare non possit, & non solum testem, sed etiam verum, & indubitatum iudicem: quemadmodum si Imperator, vel Rex daret nobis aliquem cuius testimonio, iudicio, & sententia staremus in discernendis, & diiudicandis ipsius edictis, & mandatibus, esset ille nobis certior, & firmitior auctoritatis: At nihilominus per se ipsum Imperatoris, vel Regis edictum, siue mandatū maiorem haberet auctoritatem.

Secundo quaeritur, An in credendis rebus Fidei ecclesiae auctoritas sit ratio, in qua fides nostra divina resoluitur? Hæc quaestio est Scholastica, de qua tractarunt Theologi in tertio, *distinctione vigesima quinta*, Durandus q. 3. Scotus, Gabriel, Almainus q. 1. Caietanus *secunda secunda, q. 1. ar. 1. Medina lib. 5. de reſta in Deum fide c. 11.*

Inter Catholicos tres sunt opiniones, Una est afferentium, primam rationem in quam ultimo fides nostra divina resoluitur, esse Deum reuelantem, quæ sunt Fidei: Deus enim est prima, & summa veritas, quæ falli villo modo, nec fallere potest: & ratio credendi debet esse talis, ac tanta, ut ei fallum subesse non possit, vnde Christus dixit Petro: *Beatus et Simon Bar-Iona, quia caro, & sanguis non reuelavit tibi, sed Pater meus caeleſtis*.

Hæc opinio, quam sequitur Caietanus, est communi consensu in Theologorum scholis modo recepta. Ratio eius est, quia sicut fides humana in testimonium humanum reducitur, sic fides divina in testimonium, & auctoritatem divinam.

Dices: etiam testimonium ecclesiae dicentis, hoc, vel illud esse fide credendum, est testimonium diuinum: non enim credimus ecclesiae quatenus humana auctoritate dicit aliquid esse credendum, sed quatenus habet Spiritum sanctum assistentem, & Christi promissionem, ne erret in Fide. Sed contra est argumentum: quia ecclesiae testimonium est quidem diuinum, sed participatione, non per se, & sua natura: at Dei testimonium est diuinum per se, & sua natura, & fides diuina resolui debet in testimonium, quod sit per se, non autem participatione diuinum: omne enim quod est participatione tale, est & pendet ex eo, quod est per se tale. Secundo, quæ sunt Fidei, reuelatione diuina, non naturæ lumine sunt parafacta: at Deus est, qui reuelat, ac pandit res Fidei, non ecclesia. Tertio, in Angelis, Prophetis, Apostolis, & ceteris librorum Canonico- rum Scripturis fides non resoluebatur in ecclesiae testimonium, sed in Deum per se proxime reuelantem: at fides nostra est eiusdem speciei, cuius fuit illa: ergo in eadem rationem credendi reducitur. Quarto, quamuis Ecclesia sit testis, iudex, & interpret in discernendis libris Canonice, rebusq; Fidei definiendis, non tam ea condit aliquem articulum Fidei, sed declarat, & explicat, quæ sunt Fidei. Solus Deus est Fidei conditor.

Secunda sententia est Durandi *loco citato*, dicentis, inter articulos Fidei vnum esse, qui sit ratio credendi ceteros, nimirum, ecclesiam dicentem, hoc vel illud esse credendum: hoc idem videtur sensisse Scotus, & post Durandum Gabriel, & Almainus Scotum secuti, qui illud directe tractantes demum concludunt, ecclesiae auctoritatem esse rationem, qua credimus, quæ sunt Fidei, ex illo Augustini: *Euangelio non crederem, nisi me Ecclesia auctoritas admoneret*. [Et Nazaretorum Euangelium non admitto, quia ecclesia non admittit.] Ratio eorum est, quia hoc vel illud esse fide credendum, habetur ex ecclesiae testimonio, quæ tanquam iudex, discernit libros Canonicos, tradit, ac docet eorum sensum verum, & certum: ergo ratio credendi in nobis est ecclesiae auctoritas. Secundo, quia Catholicis cum Hæreticis in hoc conueniunt, quod Hæretici sicut Catholicis dicunt se hoc vel illud credere, quia Deus dixit, & reuelauit: at ideo sunt Hæretici, quia ecclesiae auctoritatem non admittunt, ei fidem non habent: At Catholicis hoc, vel illud credunt, quia ecclesia tradit ac docet, hoc vel illud esse credendum.

Tertia opinio est *Medina loco citato*, distinguentis: Si loquamur de Prophetis, Apostolis, & aliis librorum Canonico- rum Scripturis, fides eorum reducitur ad Deū per se proxime reuelantem eis, quæ sunt fidei. Si vero loquamur de nobis, qui res Fidei credimus, Fides reducitur ad auctoritatem ecclesiae, quia nos Scripturis fidem non habemus, nisi quia ecclesia Scripturas Canonicas credendas proponit.

Contra hanc opinionem facit argumentum initio positum: quia fides in omnibus credentibus est vnus, & eiusdem rationis; ac proinde, vel in ecclesiae auctoritatem, vel in Dei testimonium resoluitur.

In hac quaestione in primis dicendum est: Si de re ipsa per se loquamur, fides diuina, in testimonium diuinum, tanquam in rationem credendi reducitur hoc probant argumenta initio posita. Nam ipsi Ecclesiae fidem non habemus, nisi quia ex Scripturis docemur Ecclesiae esse credendum. Nihilominus tamen ex accidenti fides nostra reducitur in auctoritatem Ecclesiae condentis quidem articulos, aut reuelantis res fidei, sed declarantis, definiendis, & interpretantis hoc vel illud esse fide credendum. Deus igitur est, qui res fidei reuelat, & propterea fallum continere nequeunt: Ecclesia vero est, quæ iudicio certo, & firmo tradit, & docet hoc fide tenendum, illud non item.

Hinc est, ut illud argumentum vim non habeat: Interrogatus Christianus, Quare credis Deum esse Trinum, & Vnum? Respondet, quia Deus id dicit. Rogatus postea quare credis id Deum dixisse? Respondet, quia sic tradit,

& docet ecclesia. Rogatus tandem, quare credis ecclesie id tradenti, & dicenti? Respondeo, quia Deus dicit esse ecclesie fidem habendam. Vbi circulus quidam est. Et videtur idem per se ipsum probari. Respondeo, duas rationes reddi, cur aliquid fide credamus; vnam, quae est per se ratio credendi, nimirum, Deum hoc vel illud dixisse; alteram, quae est nobis ratio dignoscendi, discernendi res Fidei: atque haec est, auctoritas Ecclesie, & fide alienos? De hac quoque Quaestione egi in 1. part. Instit. Moral. lib. 8. c. 24. q. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Tertio quaeritur, An ecclesia ius, & potestatem habeat proxime in actus mentis, simpliciter internos? De hac quaestione tractavi in prima parte Institutionum Moralium lib. 5. ca. 10.

Quarto quaeritur, Quid iuris, & potestatis habeat Ecclesia in Paganos à Christiana religione, & fide alienos? De hac quoque Quaestione egi in 1. part. Instit. Moral. lib. 8. c. 24. q. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

## C A P. XXV.

*Quod Gentiles Romani Imperatores Christianam Ecclesiam vexauerint, ac persecuti fuerint.*

Primo quaeritur, Quod persecutiones, Catholica Ecclesia publicis Romanorum Imperatorum edictis perpessa sit? Constat ex Eusebio, Paulo Orosio, Paulo Diacono, & Nicephoro, passim fuisse decem prae caeteris grauiiores, & atrociores. Seuerus Sulpitius libro secundo, nouem tantum persecutiones recenset, & decimam ait esse futuram Antichristi edicto. At secundum Augustinum libro de Ciuitate Dei, 18. capit. 52. decem fuerunt persecutiones Imperatorum Romanorum publicis edictis illatae.

Primum persecutionem mouit Nero Imperator, qui 55. Apostolorum Petri, & Pauli, & multorum Martyrum, ac Virginum sanguinem fudit. Sub hoc Imperatore passi leguntur Proculus, & Martinianus die secunda Iulii, & tres milites, qui in Martyrio Beati Pauli Apostoli ad Christum conuersi, cum eo martyrii palmam adepti sunt die secunda Iulii. Item quadraginta septem Martyres baptizati à Sancto Petro, dum in carcere teneretur, Die decima quarta Martii, Nuceriae Felix & Constantia, 19. Septembris. Caius Episcopus Mediolanensis, discipulus Sancti Barnabae Apostoli, qui sanctos Geruidum, & Protasium baptizauit, 27. Septemb. Colossis in Phrygia Philemon, & Apphian, discipuli Sancti Pauli Apostoli: 12. Nouembris. Vitalis pater Sanctorum Geruasii, & Protasii, Rauennae 28. Aprilis. Item Vrsicinus medicus Rauennae 19. Iunii. Mediolani vxor Vitalis Martyris 28. Aprilis. Aquileiae Hermagoras discipulus Sancti Marci Evangelistae, primus eius Ciuitatis Episcopus, & Fortunatus Diaconus 12. Iunii. Paulinus Sancti Petri discipulus primus Lucae in Tuscia 12. Iunii. Aquileiae Sanctae Virginis Euphemia, Dorothea, Thecla, & Erasma die 3. Septemb. Romae Anastasia, & Basilissa nobiles feminae, & Apostolorum discipulae 19. April. Mediolani Nazarus, & Celsus puer die 28. Iulij Torpes, qui magno officio in domo Neronis functus est, 27. Maij. Euellius e domo & familia Neronis, 11. Maij. Geruasius, & Protasius fratres, filii Vitalis, & Valeriae Martyrum, 19. Iunii. Rhemis Christus Beati Petri discipulus, & primus eius Ciuitatis Episcopus die 1. Septembris.

Secundam persecutionem mouit Domitianus Imperator, Neroni magis, quam patri, aut fratri similis Martyrium sub eo passi sunt Flauia Domitilla vna cum Euphrosyna, & Theodora suis Virginibus Romae die 7. Maij. Nereus, & Archileus fratres Bunuchi Flauiae Domitillae 12. Maij. Epaphras, S. Pauli Apostoli discipulus, & Colossens. Episcopus 19. Iulij. Thecla virginis Iconiensis à San-

cto Paulo ad Christi fidem perducta 27. Septemb. Victorinae Episcopus Amiteranus 1. Septembris. Felus in Tuscis, Romulus Beati Petri discipulus, & eius ciuitatis episcopus, cum aliis sociis die 6. Iulij. Carnoti in Gallia Grauinus Martyr die 28. Maij.

Tertiam persecutionem excitauit Traianus. Sub hoc Imperatore Martyrii palmam adepti sunt, Clemens Papa, vigesima tertia Nouembris. Atque etiam Simeon frater Domini episcopus Hierosolymitanus 18. Februarij. Ignatius episcopus Antiochenus III. post S. Petrum 2. Februarij. Romae Euaristus Papa 26. Octob. Synope in Ponto, Phocas, qui ex naua factus est eius ciuitatis episcopus 14. Iulij. Edesse in Syria Barsimaeus eius ciuitatis episcopus: qui cum plurimos Gentiles conuertisset ad Fidem, & praemisisset ad Martyrii coronam, eos secutus est. 30. Iunij. Proclus, & Hilarius 12. Iulij. Caesareae Hyacinthus Cubicularius Traiani Imperatoris 3. Iulij. Edesse in Syria Sarbellius, & Barbafor eius 29. Ianuarij. Sozopolis Zozimus martyr 19. Iunii Philippis in Macedonia Rufus, & Zozimus martyres 18. Decemb. Romae Sulpitius, & Seruilianus 20. April. Crescens in Gallia episcopus 27. Iunii. Zaxarias item Viennae in Gallia 26. Maurus episcopus in Apulia cum Pantaleomone, & Sergio 27. Iulij. Anacleus Papa 13. Iulij. Onesimus S. Pauli Apostoli discipulus, Ephesinorum episcopus 16. Februarij. Maro, Eritiches, Victorinus 15. April. Quirinus Tribunus pater sanctae Babinae 30. Martij cum omni familia. In Armenia in monte Atarath, passio sanctorum Martyrum decem millium Crucifixorum. sic habet Martyrologium Romanorum die 22. Iunii, sic etiam Beda in Martyrologio eodem die. Vnde saluus est Radulphus Turgrensis de Canonis. obseruat. proposuit. 11. dicens: De decem millibus Martyrum, quae fabulose dicuntur, donec aliud videro finguntur omni genere passionis Christi perpeffi fuisse in monte Atarath prope Alexandriam: nec eorum passio in aliquo Martyrologio authentico annotatur, nec ipsorum diem in aliquo Calendario antiquo potuerunt perire. Haec ille. Sed horum Martyrum passio in Martyrologio Romano, & Beda, vix dixi, continetur. Nec obstat, quod dicantur passi in monte Atarath prope Alexandria: non enim intelligitur Alexandria Aegypti, quae nimum distat ab Armenia, vbi martyrium petulerunt, sed Alexandria, quae est in Armenia. Nec item obstat, quod perpeffi leguntur sub Hadriano Imperatore: quia persecutio mota à Traiano Imperatore, continuata est Adriani edicto. Nec mirum est, quod decem millia Martyrum crucifixi sint: nam intra paucos dies omnes crucifigi potuerunt.

Hadrianus quoniam in politicis omnibus negotiis sibi imitandum Traianum proposuerat, persecutionem ab ipso Traiano excitatam continuauit. Passi sub eo Martyres leguntur in Gallia Dionysius cum Rustico, & Eleutherio, Tybure Symphorosa cum septem filiis: Geculius, Symphorosa vxoris, & Christianorum hospes, & monitor frater eius Amantius Tribunus & Cerealis Vicariam agens Praefecturam, cum aliis necantur: & Brixiae Faustinus Presbyter, & Iouita Diaconus ad bestias damnati: quae cum illis parcerent, Calocetus, & alij multi ex familia Principis conuertuntur ad Christum 15. Februarij. Item Afra Rhetiarum Praefidis vxor 24. Maij. Item Romae Eustachus, & Theopistis vxor eius cum duobus filiis Agapeto, & Theopisto 10. Septemb. Seraphia virgo Antiochena. Martyrologium Romanum 3. Septemb. Sabina nobilissima Romana 29. Augusti. Martyrolog. Roma. Sophia cum tribus filiabus Fide, Spe, & Charitate die 1. Augusti. Aurelio Antonino quaestiones in Christianos exercenti, tota vna ex ciuitatibus Asiae Christiana se illi ad necem obtulit, quae re perterritus, paucis damnatis, exclamauit: *ô miseri, si cupitis perire. praecipitia, & resili habetis.* Tertul. ad Scapulam. cap. 16. Passus est Euaristus Papa & Publius Episcopus Athen. Heros Episcopus Antioch. 17. Octo. Alexand. Papa, qui complures Senatores, & Praefectum vrbsi Hermetem cum omni familia, & alios Romanos

citus ad fidem conuertit. Passus est 5. Nonas Maii. Euen-  
tius, & Theodulus Presbyteri, & Hermes Praefectus Vr-  
bis cum suis, 3. Maii. Antinopoli Irais virgo, & alii com-  
plures, Romae. Martyrolog. 21. Septem. Terentianus E-  
piscopus Tudertinus vna cum Flacco, Eleutherius Epi-  
scopus Illyricus cum Anthia matre. Chorebus Prae-  
fectus, Euplychius in Capadocia, Ariadae in Phrygia, Exu-  
perius Zoes, Cyriacus, Theodulus, Mariae ancilla, Theo-  
dorus, Palusippus, Thamelus cum sociis, Philetus & fo-  
cui 18. Martii. Lydiae, Macedonius, Theoprepidus Dux,  
Chronidas Commentariensis.

Eandem persecutionem continuauerunt Iudices & Ma-  
gistratus sub Antonino Pio. vnde Martyrii palmam adepti  
sunt Sixtus Papa, Telesphorus item Papa, Alexander Epi-  
scopus 21. Octobr. Toleti Pontianus, & multi alii in Italia.  
In Oriente, Pergamus Agathodorus, Carpus, & Agatho-  
nice. Pergae in Pamphylia Theodorus, & mater eius Phi-  
lippa, & alii plurimi. Hetaeclae Glycerius, Apameae Ale-  
xander, Damasci Victor, & Corona. In Ponto Hermias  
miles, Marcianopoli Melecinus, Augustoduni in Graecia  
Flocellus & alii. In Sardinia Potitus, Hyginus Papa.

Quartam persecutionem excitauit M. Antoninus Ve-  
rus, qui tamen Christianos scripto fauerit, & iuuerit:  
prius tamen priuatis mandatis ad Proconsoles Christiano-  
rum sanguinem fundi iusserat. Continuata alicubi etiam  
est tempore Antonini Commodi Imperatoris. In ea  
persecutione Romae passi sunt multi, erga quos pia sancta  
Praxedis filia pudens senatoris Christiani, & foror S. Puden-  
tiane, Timothei & Nouati, officia veritatis exercuit,  
vt haberet in Actis eius. Passi quoque sunt Iustinus  
philosophus, pius papa, polyarpus Smyrnenfis Episco-  
pus, eius discipuli ab eo in Gallias missi fuerunt Ando-  
chius presbyter, Tyrifus Diaconus, & Felix die 24. Se-  
ptemb. die 1. Nouembr. Benignus presbyter martyr apud  
Diunonem in Gallia. Apameae in Phrygia Caius & Ale-  
xander die 10. Martii, Melito Episcopus Sardenfis, Anice-  
tus papa, Felicitas cum septem filiis Romae. Sorae Iulianus,  
Spoleti Concordius presbyter & Pontianus. perusii Con-  
stantinus Episcopus. Mediolani Calinerius Episcopus 21.  
Iulii. Lugduni Alexander cum aliis 34. die 24. Aprilis. per-  
gami Carpus Episcopus Tyathrenfis, pappas Diaconus  
Agathonica foror eius, Agathodorus eorum famulus, &  
alii multi 13. Aprilis Romae Alexander Episcopus die 21. Se-  
ptemb. Sub Commodio passi sunt Soter papa Romae. In  
Galliis immanis fuit, & atrox persecutio, vt constat ex li-  
teris ecclesiae Viennensis, & Lugdunensis, ad ecclesias A-  
siae, & Phrygiae, in qua passi martyrii sunt Rhodinus epi-  
scopus Lugdunensis, sanctus Diaconus Viennensis, Atta-  
lus cuius pergamenus, Blandina femina, Marcinus. Ale-  
xander, Verius, Epagathus, Pontius, Biblicus, & alii multi,  
& teste Adone, 48. Martyres. Romae quoque Apollonius  
senator Urbis. Mediolani Faustianus, Eleutherius papa, Ru-  
finus & Marria.

Quintam mouit in Christianos persecutionem Septi-  
mius percinax Imperator: quae continuata est sub Alexan-  
dro Imperatore. Martyres sub Seuero fuerunt Victor papa,  
Leonides Origenis pater, Gundeus virgo Cathaginen-  
sis 18. Iulii, Irenaeus Lugdunensis Episcopus S. polyarpi  
discipulus, missus ab eo in Gallias cum omni ciuitatis suae  
populo, Perpetua & Felicitas nobiles feminae in Mau-  
ritania, cum Reuocato, Saturnino, & Secundulo die 7.  
Martii. Zoticus Episcopus Octrenus in Armenia 21. Iulii,  
Serapion in Aegypto 13. Iulii, Audelas in Gallia discipulus  
S. polyarpi 1. Iulii. Philippus pater Eugeniae virginis, Au-  
gustalis Aegypti praefectus 13. Septembr. Alexandriae pas-  
si sunt Plutarchus, Serenus, Heraclides Catechumeni,  
& altera Serenii, Rhais Catechumena. Potamiœna, vir-  
go, & Marcella eius mater 28. Iulii. Basilides die 30. Iunii.

Haec persecutio continuata est, vt diximus, sub Alexan-  
dro Imperatore, sub quo passi leguntur Romae Calepo-  
dus presbyter, Palmatus Consul cum vxore & filiis, & a-  
liis promiscui sexus 42. de domo sua. Simplicius Senator cu

vxore, & 68. de familia sua. Felix cum vxore sua Blanda Cu-  
biculi Imperatoris Praefectus 22. Nouembr. Martyrolog.  
Romanum die 16. Maii. Callistus Papa die 14. Octob. Mar-  
tina virgo die 1. Ianuarii. Alterius Presbyter die 21. Octob.  
Romae Caecilia virgo, & Valerianus sponsus eius, & Ty-  
berius frater ipsius Valeriani, & Maximus, & Urbanus Pa-  
pa 25. Maii.

Ne miretis Lector, cum legis in Martyrologiis multis,  
passos esse martyrium sub Alexandro Imperatore, cum ve-  
terum historicorum auctoritate constare videatur, Ale-  
xandrum fuisse Christianorum studiosum, multaque in  
eos beneficia contulisse, vt pote qui fuit Mammæ filius,  
quae, vt scribit Eusebius libr. 6. c. 25. Christianis plurimum  
fauit. Nam magistratum, & Iudicum opera, & sacerdo-  
tum Gentilium odio persecutiones in Christianos exer-  
cebantur.

Sexta persecutio fuit sub Maximino Imperatore. Eu-  
seb. lib. 6. cap. 21.

Septimam persecutionem mouit Valerianus, quam  
continuauit Galienus eius filius.

Octauam aurelianus, quamuis Concilio Antiocheno  
contra Paulum Samosatensem fauerit.

Nonam, prioribus longe acerbiorē mouerunt Dio-  
cletianus, Maximianus, & Galerius Maximinus Impera-  
tores.

Post hos etiam sunt persecuti Catholicam ecclesiam  
Licinius Imperator, quamuis Christianam religionem  
vna cum Constantino ante susceperat, & Iulianus Aposta-  
ta, hoc est, religionis Christianae desertor, & transfuga, &  
Valens Imperator, Valentiniani senioris frater.

Secundo quaeritur, An Romani Imperatores, qui fue-  
runt ecclesiae persecutores, omnes hanc vitam mortalem  
infelicitate, & male finierint? vt restantur, Eusebius, Oro-  
sius, & Beda, Diuinae prouidentiae fuisse videtur vt quot-  
quot Romani Imperatores Christianam religionem ini-  
tuo surgentem impie delere, & extinguere tentauerint, &  
infelices suarum rerum exitus, & successus viderint, & pes-  
sima morte correpti ex hac vita decesserint.

Primus Nero, electio in Hispania Sergio Galba Impe-  
ratore, & lata à Senatu sententia, vt nudus per publicum  
ductus furca collo eius inserta, virgine usque ad mortem  
caderetur, & ita de saxo praecipitaretur: Vndique desertus  
& destitutus de palatio profugit, noctis medio urbem e-  
gressus, sequente eum Spadone Sporo in Suburbano Li-  
berti sui ad quartum Urbis milliare ictu gladii se transfi-  
xit, adiuuante tepidantem manum impuro xuncho  
Sporo, cum prius à quo feriretur, nullo reperto, exclamaf-  
set: *Itane nec amicum, nec inimicum habeo? dodecorosa vixi,  
stuprius peream.* Suetonius, Eutropius.

Domitianus in cubiculo à suis propriis ministris, con-  
scio vxore Domiticia, multis vulncribus confossus interiit.  
Cadauere eius Senatus decreto populari Sandapila per  
Vespilliones contumeliose, gladiatoris instar, elato, ex  
Suetonio, & Eutropio. Omnia eius acta Senatus decreto re-  
scissa sunt.

Traianus resolutione membrorum, & stupora corpo-  
ris ac sensuum primum subito correptus, ita vt venenum  
hausisse diceretur: postea aqua intercute repletus apud  
Selinuntem Siciliae urbem extinctus occubuit. Ex Dionis  
Casto.

Adrianus grauissimis & multiplicibus morbis tenta-  
tus, infelicitate perit. Primum enim nimio sanguinis flu-  
xu adeo debilitari coepit, vt de vita eius sepius desperare-  
tur, sepius ipse mortem vocaret, sepius sibi ipsi manus  
inferre constitueret: accessit sanguinis fluxui phthisis,  
qua totum corpus contabuit, & in hydropisum desit: quae  
nec magicis artibus curari potuit: nec tunc quidem fluxu  
sanguinis vel parum restincto. Sicque dum tot malis mi-  
serandum in modum discruciat, dolum impatien-  
tia superatus in proprium corpus scruire decreuit. Pri-  
mumq; à medico, cum venenum petiisset, nec impetrasset

po ingenti gladium pecuniam promisit: cumque nullus domesticorum obtemperaret: medicorum consilio cibo & potu, quamdiu morbis, & doloribus tantis conflictatur, abstinuit: cumque hoc potius morbum auget, quam salutem afferret, aut cruciatus, & dolores mitigaret: tandem supra omnium hominum opinionem crudeliter infelicem vitam cum morte commutavit. *Ex Dione Cassio, Aelio Spartiano, Aurelio Victore, & Eutropio.*

M. Antonius Verus apoplexia correptus, cum per triduum mutus decubisset, tandem extinctus est in Pannoniis. *Ex Eutropio, & aliis.* Refert itidem Beda propter Polycarpi, & Pionii martyrium in Asia eius edicto patratum, aliorumque plurimorum, qui in Gallia sanguinem pro Christo fuderunt secutum esse quasi eadem vindicem, atrocem pestilentiam, qua multas provincias, maxime vero Italiam, & Romam vastavit. *Ab armis,* inquit Aurel. Victor, *quies nunquam erat, perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, & Galliam, bella feruebant, terramotus non sine interitu ciuitatum, inundatione fluminum, lues crebra, locustarum species agris infesta, prorsus ut prope nihil, quo summis angoribus ateri mortales solent, dici, seu cogitari queat, quod non, illo regnante sauerit.* Auctor est etiam Eusebius, anno ultimo Antonini Smyrnæ Asiæ urbem, in qua Polycarpus, & alii plurimi passi fuerunt, terramotu corruisse.

Seuerus Imperator, cura regnum feliciter primum admittit, postquam in Christianos persecutionem mouit, in stultices rerum suarum successus vidit: variis & continuis periculis, & bellis distrahi cepit: tandem membrum omnium dolore confectus, venenum postulat.

Maximinus infeliciter quoque perit in odium eius Senatus Rom. ipso uiuo, alios Imperatores designauit: exercitus ab eo in Africa defecit: tandem vix completo triennio, vna cum filio adhuc puero à suis militibus discepitur, conclamantibus cunctis militari ioco: ex pessimo genere nec catulum quidem habendum. Postea omnes qui amici eius fuisse videbantur, capti, occisi, & tracti in chœacis abiecti sunt. *Aurelius Victor, & Iulius Capitolinus.*

Decius, cum nec biennium quidem integrum imperasset, mox vna cum liberis occisus est. *ex Eusebio.*

Valerianus in Persicâ bellum profectus, viuus venit in hostium manus, & captus à Sapore Persarum rege, & captiuus lenex factus, ipse regi Sapori pro scabello seruicidæ: ipse enim luthi accluis regem Saporem ascensurum in equum, non manu sua, sed dorso atollebat, infamis officii damnationem sortitus donec vixit, ignominiosissima apud Persas seruitute consensit: scribit Eusebius in sermone ad Conuentum Sanctorum eum iustum à rege, excoiari. *Sed & tu,* inquit Eusebius, *Valeriane, quoniam eandem homicidiorum sauitiam erga Dei subditos exercuisti, iustum Dei iudicium declarasti, dum captiuus ac vincitus, vna cum ipsa purpura, ac reliquo Imperatorio ornatu abductus, ac tandem à Sapore Persarum rege excoiari iussus, & salo conditus perpetuum infelicitatis trophaum exexisti.*

Aurelianus, teste Eusebio lib. 7. *Historia cap. 30.* cum edicta contra Christianos promulgasset, & sua subscriptione firmare tentasset, diuinitus impia eius dextera turbata est: & morte subita condemnatur, qui de piorum morte cogitabat. Alibi dicit idem Eusebius, fulmine repentino conteritur à persequendis Christianis abstinuisse, sed tandem à suis occisum esse. Conueniunt omnes, Vopiscus Aurelius Victor, & Eutropius, eum ministrorum suorum fraude extinctum periisse.

Diocletianus, inquit Nicophorus lib. 7. *Historia cap. 20.* diuinitus expetitus plagis, toto primum corpore tumorem ingentem concepit: quo deinde varie dissoluto, lente ita emarcuit, ut blasphemam eius, & impia lingua, quæ iniquitatem in altum euomerat, intra fauces ipsius vermium vim perferret, qui ex ore illius prorepentes, foetore pessimo locum habitationis omnem replebant: postremo more canis, quam maxime laetans sceleratam & nefariam eum quadam violentia animam exhalauit. Nicophorus. Alii testantur, eum metu, quo litteras minaces à Constantino

& Licinio accepisset, venenum haussisse. Alii verodiciunt, Senatus consulto interfectum fuisse.

Maximianus Hercules Diocletiani in Imperio collega, teste Ioanne Zonara, gladio sibi necem concituit.

Galerius Maximianus, inquit Eusebius lib. 2. *Historia cap. 21.* vlione diuina correptus: efflam ille, qui letis, & lignis canibus incedebat superbus; inflatis subito visceribus, suppurisque distenditur: in profundioribus denique peccatoris partibus obortum vlcus totos intrinsecos viscerum secessus tabe serpente, depascitur: post etiam fistulis quibusdam in superficie purulentis, meatibus adaperitis, de interioribus putrefactis vulneris venis ebullire cepit: numerata multitudo vermium: faesor vero tam intolerabilis, ut nullus omnino nec medicorum quidem propius posset assidere, quod carnes factis laute, & in omni luxuria enutritæ grauiorum ex corruptione nitorem putredinis exhalauerint. Denique plerisque medicorum, quod nec morbo aliquid mederi, nec viui foetoris tolerare possent, interdicti iuber. In quibus cum quidam in gulandos portus, quam medicaturus acciperet, inspiratus à Deo: *Cur,* inquit, *Imperator, erras, & quod Deus inserit, ab hominibus potius posse reuocari? Nea humanus est iste morbus, nec à medicis curatur, sed recordare, quantum in seruis Dei egere, quam diligentem animam impius, & profanus extiterit: & intellige, unde tibi sint poscenda remedia. Nam & ego quidem mortem ceteris poteris tamen à medicis non curaboris.* Hæc dicit Eusebius.

Licinius Imperator à Constantino semel atque iterum superatus & victus, eius mandato interfecit. *De eo Eusebius lib. 2. de vita Constantini sic ait: Postquam hinc obsequium Ecclesie auspiciatus, sanguine virorum bonorum animam conspirauit, facta vindicta miserum exercuit.* [Ecce enim repentinum abscessus medium pudendorum locum occupat: inde vaste fistulosum vlcus, & serpens motui vis insanabilis & visceribus intus vermiculatio, quanta, quod dici nequit, spirans pestiferam virus scaturit.]

Julianus Apostata in Persicam expeditionem profectus, teste Theodoro, annona penuria laborauit: ipse vero Perse causam dolo in deserta ductus, conto traectus perit. Et ut testatur Eusebius lib. 4. *Historia cap. 7.* Ogita è celo missa vulneratus interiit: in nefarianam vocem eumpens: *Vicisti Galilee, Vicisti:* pusillumque proprii ciuicis in aere proiciens.

Sub Valentinus Imperio adeo grando violenta decidit, ut manum globus vnius impleteret, & lapidibus similis esset: multi homines, & iumenta interierunt: nec diu multo post, teste Socrate lib. 4. *cap. 10.* Nicæam ciuitatem Bythinæ ingenis terre motus lubuerit, tandem ipse Valens cum Scythis ad Thraciam congressus, fuso exercitu, turpiter succubuit: & faga se proripiens, eum domum quandam rusticam ingressus esset, & in acervo palearum sese abdidisset, Scythis post victoriam prædas agentibus, & incenditibus villas, ipse quoque Valens Imperator inter paleas igni exustus interiit.

#### C A P. XXV.

*De Summi Pontificis potestate in Paganos, & eos qui sunt Christiana Fidei, & Religionis exortes.*

**I**Actenus tractauit de ea potestate, quam habet Rom. Pontifex in sacramento, in ritulos, & res Fidei, in ea quæ sunt iuris diuini, naturalis, humani, Canonici, vel Ciuilis: de ea item potestate, quam habet Imperatores, Reges, & Principes Christianos, in generale Concilium, in totam Ecclesiam Catholicam: superest mihi dicendum, quid iuris, & potestatis habeat in Paganos, quid etidem in mortuos.

Primo queritur, An summus Pontifex iure queat compellere Paganos temporalis Ecclesie ditioni subiectos ad Christi Fidem accipiendam: Egi de hoc questione part. 1. *Institutionum Moral. lib. 3. c. 4. quæst. 2.*

Secundo queritur, An possit Pontifex Rem. Pontifex

Paganos cogere ad audiendum verbum Dei, quod in factis litteris veteris, & noui Testamenti continetur? De hoc quoque libro citato. *quæst. 3.*

Tertio queritur, An iidem Pagani auctoritate Papæ possint expelli, & eici ex oppidis Ecclesiasticæ temporalis ditionis, ea lege & conditione, vt si remanere velint, Christi Domini religionem, & sacris imbuantur, datis induciis, & deliberandi tempore constituto: Sin minus, relictiis sedibus, ad alias sese confestim transferant? De hoc quoque *ibidem. quæst. 4.*

Quinto queritur, An iidem Pagani possint adigi Pontificia auctoritate ad cultum idolorum suorum abiiciendum. ad legem naturæ seruandam, ad idolorum aras, delubra, & fana deferenda ad ritus superstitionis respondendos, ad omnem denique impietatem sacrilegam repudiandam? De hoc etiam *ibidem. quæst. 5.*

Sexto queritur, An habeat summus Pontifex auctoritatem, & potestatem inquirendi, & animaduertendi in Paganos temporali ecclesiæ ditioni non subditos, ea præcise ratione, qua infideles sunt. De hoc *similiter ibidem. q. 6.*

Septimo queritur, An penes summum Pontificem sit ius, & potestas promulgandi Christi Euangelium vbique gentium, & compellendi infideles Principes ad populos ad audiendum? De hoc *ibidem libro citato. num. 7.*

Octavo queritur, An penes Romanum Pontificem sit auctoritas, & potestas concedendi ius Christianis Principibus, quo valeant prædictos Paganos debellare, eo nomine & causa, quod Idola, & fæta numina, siue simulacra inanimatum Deorum venerentur, & colant. De hoc *ead. lib. quæstione 8.*

Nono queritur, An Pagani temporali ecclesiæ ditioni non subditi, quia naturæ leges, & iura persinguant, valeant auctoritate Papæ compelli ad naturæ ius seruandum. De hoc etiam *ead. lib. q. 9.*

Decimo queritur, Quibus in casibus siue causis potestatem habeat summus Pontifex concedendi ius, & facultatem Christianis Principibus, vt valeant agere etiam armis contra prædictos Paganos? De hoc etiam *ead. lib. quæstio. 10.*

Vndecimo queritur, An Papa iure tolerare queat superstitionis ritus eorum Paganorum, qui sunt temporali Romanæ ecclesiæ ditioni subiecti? De hoc *lib. citato. q. 11.*

Duodecimo queritur, An auctoritate Papæ possint citari vllam in iuriâ Pagani, siue ecclesiæ subiecti, siue non, privati omni dominio & iurisdictione in Christianos, sibi alioqui subiectos. De hoc *S. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 10. C. nos quoque supra lib. citato. quæst. 12.*

CAP. XXVI.

Quid iuris, & potestatis habeat Romanus Pontifex in mortuos.

Primo queritur, An aliud possit Romanus Pontifex in eos qui iam vita functi sunt? Respondet, in personam quidem mortui ius & potestatem nullam habere, quia in illam possit agere, quia mortuus est extra iurisdictionem ecclesiæ, & eius persona morte desit esse. Item *c. à vobis. de sent. excomm. dicit Innocent III. Nec obstat quod ecclesiæ legitur attributa potestas ligandi atque soluendi homines super terram; tanquam non possit soluere, & ligare sub terra sepultos.* Sic ille. Potest tamen agere in cadauer, siue corpus mortui, videlicet ne ei sacra detur sepultura, antequam ab ecclesiâ absoluator, vt colligitur *ex cap. à nobis citato.* Potest quoque in mortui bona agere Romanus Pontifex, vt videlicet bona eius publicentur, ne transeant ad hæredes. *Glossa in cap. à nobis prædicto, in verbo Mortuos.* Sic enim, vt *ibi ait Glossa.* post mortem agitur de matrimonio, propter bona, *cap. causam qua, qui filii sunt legitimi.*

Secundo queritur, An summus Pontifex siue ecclesiâ mortuos valeat excommunicare? De hac re disputatum

est, vt refert *Et agr. libr. 4. hist. eccles. c. 37.* in Concilio V. Generali vni plerique senserunt, posse anathema ferri in hæreticos post mortem, cum eos constiterit cum hæresi decessisse. & Gratianus in vitæque partem d'ilect de hac controuerfia 2. 4. 9. 11. per aliquot capitula. Duæ sunt sententiæ: Vna est assertorium, posse hæreticos mortuos excommunicari. *Glossa & Panorm. in c. si quis. de hæret. Ludouicus Rom. in singulari 725. & altera glossa in cap. Iudæi 2. de Iudæis, Gabriel in 4. distin. 18. q. 2. art. 2. Conclus. 5. Coroll. 4. Tabien in verbo, Excommunicatio 4. num. 1.*

Alterâ est sententiâ dicentium, non posse excommunicari. *Socius in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. ad finem, Siluester excommunicatio 1. §. 7. Nauarr. in Manuali c. 27. n. 271. Alphons. Cast. lib. 2. de Hæret. puni. c. 19. & 20. Couarru. in c. Alma mater. de sent. excomm. part. 1. §. 11. n. 8. dicit hanc sententiâ esse omnium Theologorum, & iuris Pontificii Consultorum, & oppositam sententiâ glossæ, & Panormitani, & Ludouici Romani esse falsam, & ab ea cauendum.*

Aliqui dicunt primam sententiâ non esse tam improbabilem, quam putat Couarruias. nam in *c. si quis, de Hæret.* dicitur ei, scilicet Hæretico, anathema dicatur, videlicet post mortem. *c. à nobis de sent. excomm. dicit Innoc. III.* [in certis casibus à Canonibus annotatis, ligasse legitur ecclesiâ mortuos & soluisse] Accedit, quod nihil obstat videtur mors, quoniam quis dum viueret, potuit Canonice moneri, ne hoc vel illud crim. admittirer: deinde mortuus ratione contumaciæ in vita quæ post mortem innotuit, excommunicari poterit, quia licet mortuus sit extra iurisdictionem ecclesiæ, ratione tamen delicti, quod in vita patrauit, videtur subesse iurisdictioni, & potestati ecclesiæ. Nihilominus tamen videtur secunda sententiâ vera, quia crimina morte extinguuntur & quorundam, *dist. 23. c. accusatus. §. si viro, ad finem, de Hæret. in sexto, c. l. 1. & 2. C. si reus, vel accusatus mortuus fuerit.* Quare quod in *c. si quis de Hæret.* & alibi habetur, Hæreticum post mortem excommunicari posse: hunc sensum habet, posse post mortem declarari, hunc vel illum cum hæresi ex hac vita decessisse, & proinde tanquam excommunicatum esse ecclesiastica sepultura priuandum. Viuos non posse pro eo Missarum sacrificia, aut preces offerre, & bona eius publicanda.

Sed dabitur quæstionis est, quid dicendum, si v. g. Titius mandauerit Caio, vt Seium Clericum vulnecret, & mortuus est Titius antequam Caius mandata implellet, & post mortem Titii Caius mandatarius Seium percussit, an Titius iam vita defunctus in excommunicationem incurrat? *Glossa in c. mulieres. de sent. excomm. in verbo auctoritas; vel mandato negat eum incurere in excommunicationem, & citat Innocentium, & Hostensium, sic etiam Panorm. in eo capite.* Altera est sententiâ affirmantium eum in excommunicationem incidere. Sic *Goffredus, & Tancredus in eo cap. à Glossa citati, & probant, quia ex c. maiores. de baptis. c. eius effectus.* [voluntas nisi ante mortem reuocetur, permanet post mortem.] *Richardus in 4. dist. 18. art. 5. q. 4. vtrinq; opinionem, vt probabilem, refert.* Certe meo iudicio, prima sententiâ est vera: tum quia mandatum, mandatoris morte finitur. *inter causas ff. mandati. §. 1. c. relatum, & c. licet. de offi. deleg.* nam mandatum est voluntas mandatoris, sed voluntas cuiusque in morte, cum vita ipsius finitur ac desinit: tum etiam quia, vt dixi, crimina morte extinguuntur: ergo crimen Titii quo mandauit Seium vulnecrare, morte ipsa extinctum est: nec in *c. maiores* dicitur voluntas post mortem durare si reuocata non fuerit ante mortem; sed post somnum, vel amentiam.

Tertio queritur, An Papa, vel ecclesiâ valeat absolueré ab excommunicatione mortuos.

De hoc *Innoc. III. in c. à nobis, de sent. excomm.* primum dicit ille: Si quis cum excommunicatione à vita decesserit, quamuis signa contritionis, & penitentia dederit, non potest in loco sacro sepeliri, nec possunt viui pro eo preces Missarum sacrificia offerre, nisi prius fuerit ab excommunicatione absolutus: nihil impedit, vt quis sic ligatus apud ecclesiâ, & solutus apud Deum. Secundo

dicit:

dicit: si contritionis, & poenitentia igna praesentent, debere ei absolutionis beneficium impendi ab eo, a quo viuis absolendus foret. Tertio dicit: haeredes ipsius ad satisfaciendum pro ipso: si monitione praemissa noluerint id facere, dittributione Ecclesiastica esse cogendos.

Dices: superiori questione diximus, non posse mortuos excommunicari, ergo non possunt mortui absolui ab excommunicatione, quia absolvere, sicut ligare, est actus iurisdictionis: atqui Ecclesia in mortuos iurisdictionem non habet. Respondeo, excommunicationem absolui post mortem ab Ecclesia, vt ei Ecclesiastica sepultura concedatur, & viuis suffragiis ipsum adiuent. Aliud est, Ecclesiam vinculo, quo viuus ligauit, post mortem solueri: aliud vero est quempiam excommunicationis vinculo ligare. Ad primum enim solum sufficit, vt Ecclesia mortuo Ecclesiasticam concedat sepulturam. Item sufficit, vt viui liberi sint ad pecces, & Missarum sacrificia pro ipso offerenda: hoc enim facit Ecclesia cum mortuum excommunicationis vinculo soluit: adfert enim vinculum quo viuus obstrinxerat, hoc est, concedit viuis, vt cum mortuo communicent: at vero quia crimina morte finiuntur, & extinguuntur, nequeunt mortui excommunicari: nam crimen quod quis in vita patrauit, propter quod posset viuus excommunicari, cum ipsa vita extinctum est.

Quarto quaeritur, An Papa, vel Ecclesia possit Indulgentias quas vocant, mortuis concedere: Ratio dubitandi est, quia indulgentiam concedere, est actus iurisdictionis, vt constat ex c. quod autem de poenit. & remiss. sed in mortuos, vt saepe dictum est, Ecclesia vel Papa non habet iurisdictionem. Dicendum est, reuera ecclesiam viuis indulgentias largiri in modum absolutionis, absoluit enim eos a poenis peccato debitae, quamuis absolueno soluat, & satisficiat pro ipsis ex thesauro ecclesiae, qui constat ex meritis Christi, & sanctorum, vt habetur in Clem. vniuersus de poenit. & remiss. vnde non gratis dimittit ecclesia viuis peccatorum poenas, sed dimittit soluendo partim, & satisfaciendo pro ipsis: at mortuis non concedit indulgentias ecclesiae, vel Papa in modum absolutionis, quia sunt extra ecclesiae iurisdictionem, sed in modum suffragii: soluit enim, & satisficit pro mortuis ex thesauro ecclesiae. Quemadmodum enim viui suffragantur mortuis, pro ipsis, vel nomine ipsorum, Missarum sacrificiis, vel precibus oblati, vel elemosinis datis, vel ieiuniis susceptis, denique quibuslibet aliis piis operibus nomine mortuorum factis: sic etiam ecclesia, vel Papa mortuis suffragatur, soluendo, & satisfaciendo pro ipsis ex thesauro ecclesiae, cuius administrationem, & dispensationem generalem habet Roman. Pont.

Quinto quaeritur, An cum Papa, vel ecclesia in modum suffragii indulgentias in mortuos confert, certa lege ac firma prosint illis, ita vt ex certa lege Deus eas acceptas, & gratas habeat? Sotus in 4. distincti 21 q. 1. art. 3. sic ait: Indulgentia quae conferuntur defunctis, scilicet per modum suffragii, non tam infallibili certitudine prosunt defunctis, quam viuis. sed subiungit statim: Magis autem piuum est oppositum sentire: nam parem auctoritatem Deo ecclesia tribuit applicandi thesaurum per modum suffragii defunctis, & per modum absolutionis viuis, sicut offerre sacrificia pro viuis, & defunctis.

Abque vlllo dubio dicendum, prodesse defunctis indulgentias in modum suffragii ex certa, & firma lege. Nam nihil profecto est, quod impediatur, quia mortui, in quos conferuntur, sunt Dei gratia, & charitate praediti, & ecclesia quae eas confert, Dei gratiam habet. Item conferre indulgentias mortuis in modum suffragii, est soluere, & satisficere pro ipsis ex thesauro ecclesiae: sed Petro generatim est dictum à Christo Domino: Quicquid ligaueris, & solueris super terram, erit ligatum, & solutum in caelis. Ergo, sicut indulgentiae concessae viuis, certa & firma lege Christi prosunt illis in modum absolutionis, sic etiam indulgentiae datae mortuis, prosunt illis in modum suffragii eadem Christi Domini lege certa & firma.

## CAP. XXVII.

## De officio &amp; potestate Legati Apostolici.

Exat in iure Canonico titulus de officio Legati. Andreas Barbatius Siculus Tractatum edidit de hac re: auctorem itidem Nicolaus Boerius Gunditalius quoque Villadiego scripsit de officio, & potestate Legati à Latere: denique Andreas Gambarus de eodem argumento reliquit longissimum Tractatum in decem libros distributum. Summissi à vt Siluest. in verb. Delegatus, q. 10. Angel. in verbo Legatus. Astensis in sum. lib. 6. tit. 4.

Primo quaeritur, Quot sint genera Legatorum Pontificiorum: Glossa in cap. 1. De officio Legati, in sententia, tria ponit. Alia tamen Glossa in c. Excommunicatis, eod. tit. duo tantum genera recenset: sed secundum genus in alia duobus membra disperit. Reuera ex illo cap. 1. & c. Excommunicatis, tria Legatorum Apostolicorum genera colliguntur: Alii enim sunt, qui dicuntur Legati à Latere; Alii vero, Nuntii Apostolici, sive Missi. Legati à Latere dicuntur Cardinales, quos Romanus Pontifex ex Vrbe, & Curia Romana mittit, vel ad certam Prouinciā administrandam, vel ad negotia cum Regibus, Principibus, aut cum aliqua Republica tractanda. Qui ideo dicuntur Legati à Latere, quoniam quasi à Latere Pontificis, cui assititur, mitti solent. In Concilio Sardicensi Can. 7. dicitur: Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt à Latere suo Presbyterum mittat, erit in potestate episcopi, quid velit, & quid assimet.

Legati Nati dicuntur Antistites, qui ratione Ecclesiarum, quibus praesunt, Legati Apostolici munus, & officium habent: & ideo Nati dicuntur, quia statim vt Ecclesiam suis praeficiuntur & creantur Praefules, id munus & officium nanciscuntur: qui pro varietate regionum, vel Prouinciarum variū sunt. In Anglia Legatus Natus est Archiepiscopus Cantuariensis, de quo in capite 1. de officio Legati. Scipit. penultim. de filiis Presbyti. Talem etiam se esse in Anglia, profiteretur Archiepiscopus Eboracensis de quo in cap. 1. de appellat. In Francia Legatus Natus est Archiepiscopus Rhem. cuius est Regem vt gere. de quo in cap. Per venerabilem, & varum, qui filii sunt legumini. In Aquitania superiori Archiepiscopus Bituricensis, de quo in cap. vlt. de Maior. & obed. & c. exposuit. de dilacionib. In Aquitania inferiori Archiepiscopus Burdigalen. In Viennensi Prouincia, Archiepiscopus Viennensis: In Lugdunensi Archiepiscopus Lugdunensis, de quibus in c. nouit. de officio Legati.

Temporibus Bonifacii I. & Gregorii I. Arelatenis Episcopus fuit in sua Prouincia Legatus Apostolicus, ac proinde à Romano Pontifice pallium accipere consuevit, c. in Galliarum, 25. quest. 11. cap. Arnaldus 8. quest. 3. In Polonia Gnesiensis Archiepiscopus: in Hungaria Strigoniensis: in Alemania olim erat Magdeburgensis. Sed quia haereticus fuit, nunc est Salsburgensis: in Hispania est Toletanus: in Scotia, Archiepiscopus S. Andree: in Africa erat olim Carthagenensis; hi omnes in suis Prouinciis tanquam Primates erant, & à Romano Pontifice pallium, & potestatem habebant, vt Legati Apostolici munere & officio fungerentur.

Nuntii sive Missi Apostolici communi vocabulo dicuntur qui Cardinales non sunt, sed Antistites missi à Pontifice ad Reges, vel Principes, vel aliquam Rem publicam, duabus de causis, vel ad negotia aliqua agenda, & expedienda, vel vt tanquam Apostolici iudices delegati certas aliquas causas in ipsorum Principum Curias cognoscere, & iudicare possint.

Secundo quaeritur, An Legatus à Latere debeat esse Cardinalis: Glossa in capite 1. de officio Legati, in verb. Legationes ait, Cardinales dici, Legatos à Latere. Glossa tamen vltim. dicit, eos, qui à Latere Papae mittuntur, etiam si Cardinales non sint, appellari Legatos à Latere. Sed in cap. excommunicatis, eodem tit. variis de hac questione sententias recitat, tandem Glossa concludit, solos Cardinales cum mittuntur à Papa, dici Legatos à Latere. Idem quoque tra-



dit in cap. *Dilectis, de filiis Presby.* & hæc est opinio communi consensu recepta. Certe in cap. *Officii, de offic. Legati in sexto*, postquam Innocentius IV. Duo legatorum genera recensuit, videlicet eorum, qui Nati dicuntur, quos nullo modo conferendi Beneficia potestatem habere, nisi specialiter mandatum acceperint: subiunxit hæc verba: [Quod in fratribus nostris legatione fungentibus volumus obseruari: quia sicut honoris prerogativa laxantur, sic eos auctoritate fungi volumus ampliori.] Vbi Glossa annotat, in verbo *fratribus nostris*, cum Papa promissive de Cardinalibus loquitur, vocat eos fratres: cum specificatione de Cardinalibus Episcopis loquitur, eos etiam vocat fratres; cæteros vero Cardinales, scilicet Presbyteros & Diaconos, appellat filios. In Concilio Sardicensi Canone 7. in illis verbis: (*ut à Latere suo Presbyterium mittat*) nonnulli intelligunt Episcopum Cardinalem: alii Presbyterum Cardinalem; alii vero simpliciter, Presbyterum Romanum; nimirum unum aliquem ex his qui Romano Pontifici inferantur.

Tertio quaeritur, An simplici appellatione Legati intelligantur tria prædicta Legatorum genera? Respondet Glossa in c. *Statutum, in verbo à sede Apostolica de rescript. in sexto*, & c. *Prælegium, de verb. signif. eodem lib. intelligi*: nam vox legati communis est Legatis à Latere, Natis, & Missis. Vnde si quis à Romano Pontifice ad aliquam Prouinciam administrandam, cum amplissima facultate Legati mittatur, quamvis Cardinalis non sit, potest se Legatum appellare. Oppositum tamen, teste Villadiego, *Tractatu de Legato, questione tertio*, nonnulli tradiderunt.

Quarto quaeritur, An si quis à Romano Pontifice mittatur Legatus ad aliquod regnum, puta Franciam, Hispaniam, Poloniam, Scotiam, eo ipso Legati potestatem habeat in omnibus Prouinciis Regi subiectis? Villadiego in *tractatu citato, questio 4. ait* solum habere in his Prouinciis, quæ in eo Regno tanquam partes continentur: ac proinde non in his, quæ licet in Regno ditone, & potestate sint, Regi tamen partes non sunt. Nam ex c. *Novit, de offic. Legati*, colligi videtur, Prouincias Viennensem, Lugdunensem, Bituninam, in Regno Franciæ non contineri, & tamen Francorum Regi parent. Quare, inquit ille, merito in *litteris Pontificiis Legato dari solitis, apponi consueverunt hæc verba: Destinamus te Legatum ad Regnum Franciæ & adiacentes ei Prouincias*. Et nomine adiacentium Prouinciarum significatur eæ Prouinciæ, quæ Regno accesserunt iure, conquestu, vel statuto: non tamen quas adeptus est Rex testamento alicuius, vel ab intestato, tanquam sanguineus cæteris propinquior, vel donatione personæ Regis non Regiæ dignitati facta.

Quid si Rex sibi iure belli Prouincias subiecerit? Respondet, eas Prouincias ad Regnum pertinere: nam Regno, non personæ Regi adiunctæ sunt. Idem iuris est de Insulis Regno vicinis, & ei adherentibus. *Gambarius de officio Legati lib. 1. c. 1. num. 24.* Multæ Prouinciæ in ditone, & potestate Regum sunt, quæ tamen Regni partes non habent, siue remotæ illæ sint, siue propinquæ, eo quod non eisdem moribus, legibus, & Maiorum institutis gubernantur, vt exempli gratia: in Hispania regno Castellæ non continentur Arragonensis, Valentia, & Catalonensis Prouinciæ.

Sed quid si legatus ad vnâ Prouinciam mittatur, & postea auctoritate regis, vel principis ea in duas Prouincias diuiditur: Numquid is legatus in vtranque potestatem habebit? Profecto habebit: alioqui enim auctoritate regis, vel Principis Pontificia potestas dato Legato minueretur. *Gamb. libr. 1. cap. 1. numer. 26. de offic. Legati.*

Quæres, An legatus ad multas Prouincias missus, possit in earum vnâ alterius causas, & negotia expedire? Respondet distinguendo: Aut ea negotia, & causæ sunt voluntariæ iurisdictionis, aut contentiosæ. Si voluntariæ, potest, sine dubio expedire, quoniam talia extra Pro-

uinciam olim pertractare poterat Proconsul, vt habetur in l. 2. ff. *de offic. Proconsul.* sed legatus Proconsuli æquiparatur, vt dicitur in cap. 2. *de offic. Legati in sexto*. Si contentiosæ iurisdictionis sint, negat Andreas Barbatius, ea posse legatum extra Prouinciam obire, & exequi, quia nemo potest extra Prouinciam inuitus ad iudicium trahi. c. *Neminem. 3. quest. 6.* Sed verius oppositum est quod tradidit Villadiego in *quest. 5.* quod probat ex c. *Olim de iniuriis, & cap. ult. de iudic.* vbi communis est sententia, coram delegato à Romano Pontifice posse quempiam extra Prouinciam sisti in iudicio. Nam quomuis quis inuitus trahi ad iudicium nequeat: vbi tamen princeps id voluerit potest: cum tantum in hac parte iuri communi, non naturali, aut diuino deroget. Legatum ad plures Prouincias mittit, eo ipso tacite id iuris, & potestatis concedit, vt in vna Prouincia alterius negotia expedite queat.

Quinto quaeritur, Quod sit legati munus, & officium: in c. *Legatus, de offic. Legati in sexto*, sic habetur: *Legatus quibus in certis Prouinciis committitur Legationis officium, vt ibidem euellat, & dissipet, adficient, & plantent Prouinciarum sibi commissarum ad instar Proconsulum, cæterorumque Præsulum, quibus certâ sunt decreta Prouincia moderanda Ordinarios reputantes Sic ibi.*

Si quartas, An Legati iurisdicatio sit ordinaria, an delegata? respondeo esse ordinariam: nam in cap. *Legatus citato*, Legati dicuntur esse ordinarii, non delegati, vt olim quoque Proconsules & Præsides erant ordinarii. Nec obstat, quod Prouincia dicitur committi Legato, nam verbum, committendi, idem significat aliquando quod verbum decernendi, & destinandi.

Sexto quaeritur, Quidnam Legatus possit antequam sit in Prouinciam sibi decretam ingressus? Respondet Legatum, vt dixi, Proconsuli æquiparari, vnde consequens est, vt id possit, quod olim Proconsul poterat antequam in Prouinciam ingressus. Porro in l. *vero ff. de offic. Proconsul.* ita habetur: *Proconsul ubique Proconsularia insignia habet, statim atque Urbem egressus est. Potestatem autem non exercet, nisi in ea Prouincia solum, qua ei decreta est*. Et in l. *proxime sequenti* dicitur: *Ombes Proconsules statim quam Urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem, non tamen contentiosam, sed voluntariam*. Vt, ecce manus mitti apud eos possunt tam liberi quam serui, & adoptiones fieri. Sic ibi. Ex quo fit, vt Legatus Apostolicus cum primum Urbis portam egreditur, insignibus Legatorum propriis vti possit, videlicet, vestibus rubris, equo albo, freno, & calcearibus aureis, *Gamba. de offic. Legati lib. 1. cap. 1.*

Dubium tamen est, Numquid præcipere queat, vt quis ante ipsum Crucis signum erectum per vias deferat? Negat Villadiego *tract. prædicto, quest. 5. num. 7.* id posse antequam in Prouinciam sibi destinatam perueniat: sicut nec id facere valet, postquam est Prouinciam egressus, Legatione finita.

Septimo quaeritur, Quid facere debeat Legatus cum in suam Prouinciam ingreditur? Sciendum est, olim Proconsules cum in Prouinciam sibi decretam ingrediebantur, quædam facere consueverunt. Vnde in l. *Obseruare, ff. de offic. Proconsul.* ita legitur: *Seruare autem Proconsulem oportet, ne in hospitio præbendis oneret Prouinciam: & antequam fines sibi decretæ ingressus sit, edictum debet de aduentu suo mitti, vt continens commendationem aliquam sui, si qua ei familiaritas sit cum Prouincialibus, vel coniunctio, & maxime recusantibus publice, vel priuatim ei occurrant. Esse enim conueniens, vt vnusquisque in sua eum patria excipiat. Recte autem & ordine faciet, si edictum decessoris sui miserit, significatque, qua die fines sit ingressurus. Plerumque enim incerta & opinata turbant Prouinciales. Ingressurum etiam hoc obseruare oportet, vt per eam portam Prouinciam ingreditur, per quam ingredi moris est: & in eam etiam primum ciuitatem veniat, vel applicet, in quam cæteri consueverunt. Magni enim faciunt Prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, & huiusmodi prerogatiuas. Sic ibi. Vnde Legatus Apostolicus per viam, & portam ingredi*

debet,

debet, per quam ceteri Legati ingredi soliti sunt, alioqui enim si per insolita loca ingrederetur, facile à provincialibus contemneretur. Fertur quidam Legatus Pontificus Bononiam intrasse per infuetam viam portam, & propterea deorsum à toto populo est. Eum Bononienfes auerfis vultibus exceperunt, negantes eum esse Legatum, quod per consuetum locum non ingrederetur. *Gambar. libr. 1. de offi. Legati, cap. 3. num. 3.*

Ingressus in provinciam Legatus solitas ceremonias servare debet. *Id est in aliqua. ff. de offi. Proconsul. eum ingredientem Clerus, & populi solemnibus supplicatione, & pompa excipiunt. Gambar. loco citato num. 5. & Archiepiscopi, episcopi, & Legati alii minores Crucis signum, quod ante ipsos deferri solet, deponunt, cap. Antiqua, de privilegiis. & antequam Legatus hospitium ingrediatur, diuertit ad Cathedralis ecclesiam si ibi fuerit, alioqui ad principalem quæ est in eo loco, in quem ingreditur, ut habet communis opinio in cap. statumimus de Maioribus. & obed. Gamba loco citato num. 8. & 9. Populo quoque solemniter consueto bona, & facta precatur. Gamba loco citato.*

Dubie quaestio est, An Legatus impensas, & sumptus suo iure exigere queat, non solum à provincialibus, sed etiam ab his, per quorum loca extra provinciam pertransit? *Panormitanus in cap. cum instantia de censibus. affirmat, cum posse exigere, quoniam ab his quoque sumptus Apostolico Legato debentur. Si quaeras, An possit Legatus homines secum ducere? Potest, si iusta subscit causa ad sui custodiam, l. nam ad salutem, §. ult. ff. de officio Praefecti vigili. ubi Baldus idem dicit de episcopo. sic Gamba loco citato, num. 11.*

Ingressus provinciam, & à Provincialibus exceptus, antequam suam potestatem exerceat debet publice ostendere, ut colligitur ex c. Nobilissimus, dist. 93. & c. Lectus, dist. 63. Legationis officium sibi esse mandatum, & datam sibi esse facultatem, ac potestatem in ea provincia.

Octavo quaeritur, An Legato Apostolico, si fuerit Cardinalis, fides habenda sit, dicenti se esse Legatum: etiam si litteras non exhibeat suæ Legationis testes. *Andreas Barbarius tract. de Legato, quest. 1. asserit non esse credendum Legato, etiam Cardinali, nisi litteras, & facultates in eis sibi concessas proferat, & ostendat. Covarruias in Pract. questio. 10. cap. 35. num. 4. testatur, apud Hispanos, sicut etiam apud Gallos potestatem Legato, vel Nuntio Apostolico datam in supremo Regio Prætorio, siue adiutorio recognosci, discuti, & examinari, ut admoneant queant ipsi Legati, & Nuntii Apostolici: quibus facultatibus uti, & quando, & quomodo ius commune relaxare possint, aut debeant, ne quid concedant, quod communi regni bono nocere queat, aut quod aliquos populos Regi subiectos offendat. Nam cum Legati, vel Nuntii sint externi, ignorant quid in regno concedere, aut denegare debeant, & facile potentium precibus succumbunt, & sic decipiuntur. Cæterum communi iuris Canonici interpretum sententia receptum est, fidem habendam esse Cardinali simpliciter asserenti, se esse Legatum Apostolicum viæ vocis oraculo factum, aut se litteras Apostolicas amississe. Lopus, Ioannes Andreas, Calderinus, Abbas, Ancharanus, Dominicus, Bartolus, & alii, quos citant & sequuntur Felinus, Villadiegus, & Andreas Gambarus. Sed hoc locum tantum habere testantur in his, in quibus dixerit Legatus se facultatem consuetam ei iuri communi consentaneam viæ vocis oraculo à Romano Pontifice accepisse. Vnde si Legatus profiteatur, datam sibi esse facultatem maiorem solita, & maiorem ea, quæ iure communi Legato convenit, tunc ei non creditur, nisi litteras proferat. Si item dixerit Legatus, se facultatem accepisse, quæ tamen est cum damno Regis, vel alicuius alterius, vel cum offensione aliorum, ei non creditur nisi litteras exhibeat. *Silvest. verbo delegatus, quest. 10. ex cap. Lectus, d. 63. & l. 1. C. de mandat principum. Ut si ea facultas deroget iuri patronatus, quod Reges, vel alii primarii viri, aut etiam alii privati**

homines laici habent ex fundatione, & dedicatione, vel donatione ecclesiarum.

Quæres, An sit Legato Cardinali credendum, dicenti, se alias quoque facultates accepisse, præter eas, quas litteris expressas ostendit? *Respondeo ex prædictis, non esse credendum, si fateatur, eas vel esse maiores consuetas, vel præter eas, quæ legatis iure communi conveniunt, vel si cuiusmodi facultates derogent iuri alicuius. Quæres etiam, An sit credendum Cardinali Legato in omnibus, si novus sit, & bonæ alioqui existimationis, ac nominis, ita ut verisimile sit ipsum vera dicere; cum tamen dicat se multa posse speciatim à Papa viæ vocis oraculo concessa? *Respondeo, non esse credendum sine litteris Pontificis si facultates fuerint insolite, aut contra, vel præter eas quas Legati iure communi habent: quia non creditur Romani Pontificis concedere vel insolita, vel quæ nocent aliis, vel quæ aliorum iuri, ac potestati derogant.**

Nono quaeritur, An quæ gesserit is, qui pro Legato Apostolico publice habetur, quamvis reuera non sit, tanquam rata, & firma subsistant? *Respondeo, subsistere, dummodo communi populi errore Legatus Apostolicus censetur. Ita communis opinio: quæ reuera colligitur ex l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. Et hoc locum habet, in his quæ Legatus facit ratione publici muneris & officii, quo fungitur. In his enim Romanus Pontifex tacite iurisdictionem concedere videtur ob commune bonum.*

## CAP. XXVIII.

### De potestate Legati circa Beneficia Ecclesiastica.

PRIMO quaeritur, An Legatus Apostolicus Beneficia conferre possit? *Respondeo, in primis, Legatos à Latere in hoc distinguunt Legatis, qui nati dicuntur. Nam Legati nati ratione suæ Legationis beneficia conferre nequeunt, nisi ius conferendi aliunde habeant: Legati vero à Latere dare possunt beneficia, quæ sita sunt in Provincia sibi decreta, cap. 1. de offic. Legati in sexto, & cap. Si à Sede de præben. in 6. & cap. Dilectus, de iure patronatus, & cap. Dilectus, de officio Legati, & cap. Dilectus, de præben. Quare Legatus à Latere potest instituire nominatos, oblatos, & præbendatos à Patronis, *Gambarus libro tertio, num. 219. de officio Legati, & confirmare electos à Collegiis Canonico-rum, vel Monachorum, quæ exempta non sunt. Olim cum Collegia Canonico-rum episcopos eligebant, & cenobia Monachorum non exempta, Abbates, Priores, Præpositos, & Archimandritas, Archiepiscoporum erant electos confirmare. Tunc igitur Legatus à Latere poterat electos, siue Episcopos, siue alios inferiores Praepositos confirmare. cap. Si Abbatem, de elect. in 6. cap. Cum venerabili, de consuetud. Nunc vero quia episcopi, & ceteri qui in ecclesiis Cathedralibus maiorem post episcopum dignitatem habent, sola Romani Pontificis auctoritate instituuntur, vel confirmantur: ideo Legati non est, harum ecclesiarum Praefectos confirmare.**

Verum ambigi potest, An habeat Legatus, ius & potestatem conferendi Canonatus in ecclesiis Cathedralibus, & cetera beneficia, quæ dignitates minores vacant? *Respondeo cum Panormitano in cap. Dilectus, de præben. habere, quia generatim ei iure communi conceditur, ut possit beneficia conferre: ego cum hæc non sint iure excepta, sequitur, ut ea dari ab eo queant.*

Secundo quaeritur, An Legatus conferre possit beneficia quæ ad ius patronatus spectant, videlicet siue Patroni consensu? *Respondeo distinguendo, aut ius patronatus est Clericorum, aut Laicorum. Si Clericorum, potest tali iuri derogare, cap. Dilectus, de officio Legati, & cap. Cum dilectus, de iure patronatus. Si Laicorum, aut ipsi conveniunt ex donatione, fundatione, & dedicatione, vel etiam repatione, vel amplificatione Ecclesiarum: & hæc beneficia, siue consensu Patroni nequit conferre, cap. Cum dilectus,*

*allicius, de iure patronat. non enim tali iuri Laicorum derogat, ac Laici ab extruendis, fundandis, dorandis, reficiendis, & amplificandis ecclesiis auerantur. Aut conveniunt ex prescriptione, vel consuetudine, qua possidet ius presentandi, vel ex sola Romani Pontificis privilegio: & hæc beneficia conferre potest derogando tali Laicorum iuri. Antonius Butrus, & quia in cap. Cum dilectus, de iure patronat. Gambarsus de offi. Legati li. 3. n. 242. & seq.*

Sed quid dicendum, si ius patronatus conveniat Clerico simul, & Laico? Quod est querere, An tale ius patronatus ecclesiasticum censetur, an vero seculare, & profanum? Ratio dubitandi est, quia quod dignum est, tradit ad se minus dignum, cap. Quod in dubio, de consecr. Ecclesia. Deinde, ex societate Clerici cum Laico tota causa ecclesiastica iudicatur. Bartol. li. ff. de Appellat. Federic. conf. 36. Cardia. capit. dilectus de offi. leg. & Clem. Per litteras, de Præbend. censent tale ius patronatus haberi pro patronatu ecclesiastico, non Laicorum, & Rota dec. 266. in antiquis, dicit reservationem beneficii, quæ tamvis non comprehendat beneficia, in quibus Laici ius patronatus habent, comprehendit tamen ea, quorum ius patronatus est, mixtum Clericorum, & Laicorum: & testis Abbas, & Petrus Perulino apud Gambarsum, de officio Legati lib. 3. nu. 302. olim id ita iudicatum fuit. Sed contrarium docent Calderinus, Abbas, Antonius, & alii in capit. Dilectus, de officio Legati. Atque id colligunt ex his, quæ notantur in cap. 1. de iure patronat. in sexto, & ex li. si communiem, ff. quemadmodum servitus amittatur, & ex Bartolo in l. aliterius, ff. de aqua pluviæ aranda, & Federico Senensis consil. 65. qui dicunt in simili, domum non esse diruendam, cuius pars est delinquentis, & pars innocentis, quia cum aliquid esse commune duorum, unus inuatur beneficio alienus. Hæc sententia est vera: alioqui enim, si tale ius patronatus non censetur seculare ratione Laicorum, facili negotio Laici à fundandis, ædificandis, vel dorandis ecclesiis retraherentur.

Dubie etiam questionis est, Quid sit dicendum, quando Laici, vacante ecclesia habent ius nominandi Rectorem, & nihilominus Canonicorum Collegium habet ius presentandi, An tunc Legatus possit huiusmodi beneficium conferre sine consensu Canonico, & Laicorum? quod est querere, An tale ius patronatus sit Clericorum, an Laicorum? Ioan. Andreas & Dominicus, c. Cum in illis, §. si vero, de præben. in sexto, dicunt si ius nominandi spectet ad Plebanum, & ius presentandi ad Abbatem, & sit mandatum apostolicum de providendo beneficio spectante ad presentationem Plebani, non comprehendit huiusmodi beneficium, quia debebat exprimi Abbas, ut presentator, non plebanus. Ex quorum sententia sequi videtur, ius patronatus esse ecclesiasticum, quando penes Laicos est ius nominandi, sed penes Clericos ius presentandi, quia in hac parte nihil facere videtur ius nominandi, sed solum ius presentandi: quod videtur colligi ex c. Nubis, de iure patron. c. cap. Consule, eod. tit. c. cap. cum de terra, de elect. At vero Collect. in c. 1. de regul. iuris in 6. vers. sed quid prior, ait in Rota suo tempore esse iudicatum contra Ioan. Andream, nimirum in casu predicto Plebanum esse Patronum, quia abbas magis est procurator, quam presentator. Hanc opinionem dicit esse veram, Gambarsus de offi. Legati li. 3. nu. 398. eo quod glossa in c. Ad audientiam, de Ecclesiasticis, dicit actum presentandi nominatos ab alio non esse voluntatis, sed necessitatis, quod est contra naturam Patronatus: habet enim Patronus ius liberum presentandi Clericum quem maluerit, dummodo sit idoneus, c. Pia mentis, c. c. Filius, 16 q. 7. c. c. Quoniam, de iure patron.

Quando vero ecclesiasticus presentat ex consensu Laici, vel Laicus ex consensu Clerici, ius patronatus habetur ecclesiasticum vel profanum pro conditione eius qui presentat, non eius qui consentit. Gambarsus lib. cit. n. 409. Item ius patronatus est profanum, non ecclesiasticum, quando est penes Collegia, suas societates Laicorum, quæ fratritates vocantur.

Item ius patronatus profanum, sit ecclesiasticum, si ad ecclesiam, vel Monasterium transeat, ut tranfit, si is penes quem est ius patronatus, Monasterium vitam proficiatur, quia tunc omnia eius bona Monasterio acquiruntur, Gambarsus lib. citato nu. 4. c. 6. ex Dominico & Felino.

Ecclesiasticum itidem est ius patronatus, quod habet episcopus, quamvis sit Comes, Marchio vel Dux in temporalibus, quia huiusmodi dignitates tametsi temporales, & civiles, vel profane fuerint tamen episcopali dignitati annexæ, ac proinde sunt ecclesiæ, non Laici.

Cæterum in dubio est, An Legatus possit conferre beneficium iure patronatus, quod habet Laicus, ex fundatione, ædificatione, vel donatione ecclesiæ, sed habet sub lite, quia mota est illi lis, an tale ius patronatus sit penes ipsum? Ratio dubitandi est, quia huic iuri patronatus solent Papa se derogare, ita ut si Papa beneficium litigiosum conferat nullo facta mentione Patronatus, factum valeat, eo quod sic pendente patronus presentare non possit. cap. Sibi, contra quos, de iure pendente. Dicendum est, Legatum non habere ius conferendi huiusmodi beneficia ius patronatus litigiosum habentia: ut colligitur ex c. citato. Sibi. Gambarsus lib. citato nu. 430. Possit tamen Legatus conferre, si expresse facultatem haberet conferendi beneficia habentia ius patronatus Laicorum litigiosum.

Quid dicendum est, si episcopus, vel ordinarius loci Privilegium a Romano Pontifice habeat, ut nemo possit conferre beneficia spectantia ad collationem, presentationem, vel institutionem suam. An Legatus possit tunc instituire oblatos, & presentatos sibi à Patronis, si à Papa amplam facultatem haberet conferendi quælibet beneficia? Gambarsus lib. citato nu. 477. c. seqq. videtur innuere, non posse, quia in Rota iudicatum est, tale privilegium episcopo, vel Ordinario loci concessum esse servandum, eo quod sit favoris & gratiæ, & fauores laxandi sunt, non arctandi.

Si querat, An Legatus possit restituere Clericum infesto, vel iniusto Patrono ecclesiæ, qua illum priuauerat? Respondeo, si appellatum facta sententia, potest restituere sine consensu patroni, quia appellatione existente, sententia in rem iudicatum non tranfit: ac proinde non est patrono acquisitum ius presentandi, dum Clericus restituitur ad beneficium, quo fuerat priuatus. Si autem non sit à sententia appellatum, nequit restituere sine consensu patroni, nisi patronatus sit ecclesiasticus; huic enim potest derogare Legatus: tunc enim sententia in rem iudicatum tranfit, ac proinde patronus laicus presentandi ius habet. Sic Glossa in c. Quamuis de rescri. in sexto, & ibi Ioan. Andreas, Dominicus, & Postepus.

Tertio queritur, An possit Legatus conferre beneficium quod prius absenti contulerat, interim dum absens suum consensum non præstat? Non potest, nisi post lapsum temporis constituti absenti ad contentiendum. c. Si tibi presentis, de præben. in sexto. nam etiam in eo c. sermo sit de episcopo qui absenti Beneficium contulerat: idem tamen iuris est de Legato. Gambarsus lib. citato nu. 500.

Quarto queritur, An Legatus conferre queat beneficia, quæ iure vacant, non facta? Respondeo posse ex cap. Licet, de præben. in sexto Gambarsus lib. citato num. 509. Obicitur id quod habetur in c. Cum nostris, de concess. præben. videlicet, subreptitiam esse impetrationem Beneficii, quando facta non est mentio, de possessione aliterius? Respondeo, id non esse, quia tale Beneficium conferri non possit: sed quia nequit possessio dari, quando cumque aliter facta possidet, quamvis non iure. Gambarsus loco citato. Eodem modo intelligitur quod Rota ait dec. 196. in nouis, scilicet ex eorum datum, et conferat Beneficium vacans aut vacaturum, non posse conferre id quod factum non vacat, licet iure vacet.

Quinto queritur, An Legatus conferre possit beneficia, quæ dicuntur Monachalia? Respondeo non posse Ioan. Monachus, cap. Generali, de reg. iur. in sexto, & Archid. in cap. Si pro Clericis, de Præben. in 6. ubi dicitur in an-

datum Apostolicum de prouidendo, non comprehendere Beneficium, cuius conferendi ius spectat ad illum, qui tantum unum Beneficium habet quod conferre queat. Sic etiam Rota *decif. 2. 6. in nouis*. Gambarus tamen *libro citato. 512.* affirmat posse, quia vbius non distinguit, nec nos distinguere debemus: sed ius concedit Legato, ut possit conferre Beneficia, quæcunque sint illa. Secus tamen, inquit, est de executoro dato ad prouidendum, quia ex mandato Apostolico de prouidendo, aufertur omnino Ordinario loci, collatio sine concessio beneficii, & ideo non comprehenditur in tali mandato Apostolico beneficium monoculare: At vero ex potestate Legati conferendi quæuis beneficia non tollitur Ordinario loci ius conferendi tale Beneficium, quia datur locus præuentioni: potest enim Ordinarius loci præuenire Legatum conferendo beneficium.

Sexto quaeritur, An Legatus conferre queat beneficia quæ dicuntur Manualia? talia Beneficia sunt, quæ ad nutum superioris aufertur, & adimi queant Gambar. *libro 4. de officio Legati. numer. 9. Et sequentibus*, negat posse conferre, quia talia, inquit, beneficia non sunt proprie Beneficia, cum non sint perpetua: Et qui ea possident, videntur ea tenere tanquam Vicarii, & custodes, non tanquam Beneficium inuentionis. Sed communis opinio, quam habet Bonifacius Vitalin. in *Clem. 1. §. in quibus, de supplen. neglig. Prælati*. dicit esse proprie Beneficia, ut dixi superius, lib. 3. quia non dantur ad certum tempus & possunt esse perpetua, quia non possunt aufertur.

Octauo quaeritur, An possit Legatus Canonicum ultra numerum Canonicorum creare in ecclesia, vbi est certus numerus Canonicorum? Respondeo posse, quando certus Canonicorum numerus non est auctoritate Papæ confirmatus. *Glossa Et Abbas in c. Pro illorum, de Præben. in verbo (Recepisse) Et idem Panormitanus in cap. Cum M. Ferrariorum. de Constit. imo etiam si Canonici contradixerint, potest Legatus eo num. neglecto, nouum Canonicum creare. Io. Lignan. Lapsus, Et Dominicus, Et alii in cap. Si enim de Præben. in 6. Speculator tit. de officio Legato, §. necne tractemus. vers. sed si Legatus.*

Dices non posse Legatum præcipere ut aliquis recipiatur in Canonicum, antequam præbenda vacet. Respondeo, ex sententia prædictorum Auctorum, id posset quoniam illud potest Collegium Canonicorum, & potest Episcopus, ergo multo magis potest Legatus. Item creare Canonicum absque præbenda, non est contra ius commune, immo cum ipso iure communi conuenit. *cap. Cum M. Ferrariorum de Constit. cap. Relatum. c. Dilectio. ca. Dilectus. de Præben. Quid si Canonici iurauerint se nunquam recepturos aliquem in Canonicum ultra numerum? Respondeo nihilominus posse Legatum Canonicum ultra numerum creare: quia iurandum Canonicorum Legatum non obstringit: eo quod semper in iurando excepta intelligitur superioris auctoritas. ca. Venientes. Et in cap. Eam res, de iurand. & Canonici admittentes ultra illum numerum Canonicum, periri non sunt, quia recipiunt mandato Legati ac proinde id faciunt necessitate mandati. c. Querelam, de iurand.*

Iterum obijcies, nec Episcopum, nec Collegium Canonicorum, nec Pontificum Legatum posse dare ius ad Beneficium vacaturum. *Abb. cap. Inter cetera, vers. Sed hic quaeritur, de præben. Nec valet promissio ad vacatura beneficia, cap. 2. de Concess. præben. in 6.* Respondeo, recepto aliquo Canonico ultra numerum auctoritate Collegii, vel Episcopi, vel Legati, non darius, sed præbendam vacaturam, quia si alteri præbenda vacans conferatur, factum valet. *Innocen. Abb. Et alii in cap. Inter cetera de præben.*

Quid igitur, inquires, iuris acquirit Canonicus ultra numerum receptus? Acquirat hoc ius, ut possit iudicis officium implorare, qui faciat, ut quæ vacat præbenda, sibi conferatur, *Abb. in cap. Dilectus 1. Et cap. Relatum numer. 7. de præben. & probat ex cap. Hi qui, de præben. in*

6. Vbi etiam dicit, alicui in Canonicum recepto dari potest præbendam, non vi promissionis, sed ratione Canonicatus, ad quem fuit admissus in iure sine præbenda. At vero Canonicus ultra numerum receptus, mandato sine auctoritate Papæ, ius acquirit ad præbendam primo vacaturam. c. Si postquam, de præben. in sexto. *Abb. in c. Dilectus 2. de præben. nu. 3.*

De Canonicis ultra numerum recepto, diximus superius *lib. 3. cap. 11. quæst. 3. Et 4. §. 6. 7. Et 8.* Is enim Canonicus Canonicatus quidem habet, non tamen præbendam. Unde ratione Canonicatus habet ius percipiendi distributiones quotidianas, si præsens in Choro adsit, & ibi sedem inter Canonicos tenet, & suffragium in Cap. si sit sacris ordinibus initiatus, ferre potest *cap. pro illorum, de præben. ad finem, Et cap. Dilectus ad finem, eod. tit. Et Abb. ibidem, Et in cap. Cum M. Ferrariorum, de Constit.* quia tamen est sine præbenda, fructus non percipit. *Glossa, Abb. Et alii in c. Dilectus 2. de præben. Et c. Dilectus 7. ad finem, Et c. Relatum eod. tit.*

Nono quaeritur, An Legatus possit conferre Titulo Clerico Beneficium, in quo pater eius Caius proxime ministravit? Non potest, quia id iure communi prohibetur, ne videatur in Beneficiis dari successio. *cap. ad extrinsecas, c. Michael. c. Dilectus, de fil. Presbytero.*

Decimo quaeritur, An possit Legatus conferre Beneficium curæ animarum continentem, ei, qui tantum minoribus Ordinibus est initiatus? Potest, quia id etiam est Episcopo concessum. *Innocen. cap. Dudum, de Elect. Et Callesian. in cap. Præterea, de atate, Et qualiter ordinan.* Pariter ratione potest iure communi conferre Clerico habenti Minores Ordines, & matrimonio coniuncto simplex Beneficium, dispensando iusta de causa: Episcopus enim etiam in hoc, ius commune mitigat, & relaxat, si debita causa subit. *Speculator tit. de Dispensat. Episcop. num. 25. Abb. ca. Diuersis fallacis, de Cleric. coniug. & ibi Ioan. Andr. docet hanc esse communem sententiam, quamuis ipse contrariam sequatur.*

Vndecimo quaeritur, An possit Legatus conferre Beneficium parochiale Clerico populi linguam & sermonem ignorantanti? Quod est quaerere, An Regula Cancellarie, qua cauetur, ne Ecclesia parochialis datur ei, qui loci idioma nescit, & si secus fiat, factum vim non habeat, locum habeat in Legato Apostolico? Respondeo, eam Cancellarie Regulam loqui tantum de Beneficiis, qua auctoritate Papæ conferuntur, ac proinde ponam in ea constitutum non trahi ad Ordinatos, vel Legatos Benefic. conferentes. Ita Gambar. *libro citato. numer. 557.* quamuis reuera expediret, ne Legatus Ecclesiam parochialem daret Clerico idioma loci ignorantanti, ut ait *ibidem* Gambar. Nam Rectoris officium est populum admodum *capit. si Rector. distict. 43.* ac Clericus linguæ ignarus non est idoneus ad populum docendum, & admodum.

Duodecimo quaeritur, An possit Legatus conferre Beneficia deuoluta ad Prælatum ordinariū ob negligentiam eorum, qui ius habent eligendi? Distinguedum est, aut sunt deuoluta ad Prælatum prouincie quæ est intra Legationis fines ac terminos ob negligentiam Prælati extra prouinciam Legationis: aut ob negligentiam Prælati infra prouinciam Legationis. Si secundo modo, sunt deuoluta. Rota *decif. 308.* negat posse, ut restatur *Sedua de Beneficiis, par. 2. quæst. 3. numer. 15.* Sed contrarium docet *Glossa in Pract. Sancti. capitul. 1. §. visum. in verbo (Legatorum) de collation.* Si primo modo, deuoluta sunt. *Archidiacon. in cap. Deliberatione in 6. de officio Legati, affirmat posse.* Sed Laurentius, & Dominicus ibidem Archidiaconi sententiam confutant, argumento sumpto ex *Clementina. Si de beneficio, de præben. vbi habetur: Quando datur potestas conferendi Beneficium, spectans ad ius Episcopi, intelligitur, quando ius illud est proprium Episcopi, non deuolutum: ergo Legatus potest conferre beneficia quæ pertinent ad Episcopum iure proprio, non deuolutio, Gambar.*

vero lib. citato nu. 101. dicit: opinionem Archiepiscopi esse veram, quia videtur rationi consentaneum, vt Legatus conferat omnia Beneficia, quæ potest Episcopus dare.

Diendum est, posse Legatum conferre Beneficia deuoluta ad Prælatum suæ prouincie, siue deuoluta fuerint ob negligentiam Prælati suæ prouincie, siue prælati extra prouinciam Legationis. *Selua loco citato*: quia generaliter potest conferre Beneficia, quæ potest Ordinarius prouincie sibi delegare. *Et colligitur ex ca. de offic. Legati.*

Decimo tertio queritur, An possit Legatus conferre Beneficia, quæ in sua prouincia vacare contigerit; quæ uis eorum conferendorum ius ordinarium ad Clericos sibi non subditos, sed extra suam prouinciam uenientes spectat? Potest: nam vt dignoscimus quis Beneficia conferendi ius habeat, spectandum est in cuius iurisdictione locus sit, in quo situm est Beneficium, non locus unde est, ad quem ordinaria iure pertinet concessio Beneficii. *Glossa Clem. de supplen. neglig. Pralat. Romanus cons. 301.* nam ratione rei sitæ in loco, potest quis in eum, qui in illo territorio commoratur, ius dicere, quando eius res est sita in prouincia. *e. Sane in ca. vlt. de Foro competent.*

Decimo quarto queritur, An possit legatus conferre Beneficia, quæ vacant in sua prouincia ad Papæ collationem deuoluta? Potest, sic Ioan. Andreas, Goffredus, Innocent. Speculator, quos citat. *Et sequitur Siluest. in verbo delegatus, quæst. 13. vers. querit tamen Ioan. Andreas.* Sic etiam Selua. *de Benef. part. 2. q. 3. num. 17.* *Et colligitur ex cap. Venerabilis de praben. sic item Abb. in eodem cap. Venerabilis nu. 2. Gloss. in c. 1. de officio Legati in sexto, in verbo (Ampliori) Et Clemens. de Beneficio, de praben.* Vincentius tamen, & alii, quidam oppositum docuerunt. Sed tenenda est prima sententia.

Decimo quinto queritur, An Legatus conferre possit Beneficia reseruata Papæ? Respondeo, non posse, vt colligitur ex c. Licet de praben. in sexto ca. Quod translationem eodem tit. Imola in Clemens. 2. de praben. Rota decis. 119. in nouis, *Et 460. in antiquis, Et 489. in nouis*, ubi dicitur: [Si Nuntius Apostolicus, vel Legatus auctoritatem habeat componendi cum ijs, qui iniuste Beneficia possident, non possit, nisi habeat speciale Papæ mandatum componere cum ijs, qui tenent iniuste Beneficia reseruata.

Decimo sexto queritur, An Legatus possit conferre ecclesias Cathedralis, Regularis, Collegiatis, seu dignitates Ecclesiarum Cathedralium, quæ electiue vocantur, hoc est, quæ per electionem conferri solent, Respondeo, Non potest. *ca. Deliberatione, §. 1. de officio Legati in sexto. Dicere*, solum sibi prohiberi, ne Legatus tales ecclesias referret sibi. Respondeo, communem esse sententiam, in eo capite interdictum esse Legato, ne talia Beneficia referret, aut de eis aliquid statuat, quo possit impediri libera electio, nam intra sex menses liberum est his qui ius eligendi habeat, eligere quem maluerint. *e. Nulla, Et c. Quia diuersitatem, de Concess. praben.* At si Legatus tales ecclesias conferret, eo ipso impediret liberam electionem. Si quæras, An conferre queat ecclesiam, quæ tantum habitu, non actu Collegiata? Pappus in cap. Deliberatione, supra citato negat posse, quia idem iuris est de actu, siquidem habitus potest ad actum deduci. Idem videtur sentire Dominicus in c. Si Apostolica, vers. quid sit parochialis de praben. in sexto. Sed nõ esse idem iuris de ecclesia Collegiata habitu, quod est de Collegiata actu, videntur sentire Abbas, Imola, & alii in c. de multa de praben. Innocent. in cap. 2. De noui oper. nunciat. Glossa in cap. Statutum, de elect. in sexto. Archid. in cap. Et hoc diximus 16. q. 7. quia docent ecclesiam parochialem habitu non haberi pro parochiali actu, & iura quæ loquuntur de Ecclesia parochiali, locum habere in ea quæ est actu parochialis, non in ea, quæ tantum est habitus parochialis. At si Collegium fuerit Superiõris auctoritate sublatum, tunc potest Legatus talem ecclesiam Collegiatam conferre. *Innocent. ca. 2. de noui operis nunciat. Alexander. cons. 457. vt refert Elin. ca. Accedentes de Praescript.*

Dubiz queritio est. An possit Legatus conferre Ec-

clesias Collegiatis, vel regulares, quæ electiue non sunt, hoc est, per electionem non conferuntur, Duæ sunt opinioniones: Vna est aduentum, non posse conferre. Sic Glossa in capitulo, Deliberatione, de officio Legati in sexto, quam sequuntur ibidem Philippus & Dominicus; & probant, quia non potest conferre ecclesias Cathedralis etiam quæ electiue non sunt, ergo nec Collegiatis, nec Regulares, etiam si electiue non fuerint. Altera opinio est, affirmantium posse eas conferre, Sic Archiepiscopus in predicto cap. Deliberatione: quem sequuntur Decius consilio 149. & Gambatus libro ita nu. 93. Et sequentibus. Atque hæc sententia est verior: nam absurdum videret, posse Abbatem conferre Prioratum, qui non est electiuus, & Episcopum Plebaniam, quæ electiua non est, & Legatum id non posse: cum tamen iure ordinario potestatem habeat conferendi omnia Beneficia prouincie sibi delegatæ, exceptis his quæ iure expresso dare prohibentur. Sed in praefato capitulo, Deliberatione, solum interdictum Legato, ne conferat Ecclesias Cathedralis, Collegiatis, vel regulares, quæ sunt electiue: ergo potest conferre Regulares vel Collegiatis, si electiue non sint. Et ad argumentum Glossæ, Dominici, & Philippi, Ergo poterit dare ecclesias Cathedralis, quæ electiue non sunt: Respondeo, id non sequi, quia Cathedralis ecclesie etiam si electiue non sint sunt tamen Papæ reseruatae, is enim solus potest eas conferre, erigere, diuidere, & vitæ. *ca. Quod translationem, de translat. Episcopi.*

Decimo septimo queritur, An Legatus possit confirmare eos, qui postulantur, cum eligi non petierint? Respondeo posse, dummodo non sit postulatus episcopus; is enim si postuletur, non nisi Papæ auctoritate confirmari potest. *e. Postulationem, de Postulat. Pralat. Et ibi Innocent. Et alii*: dummodo etiam is qui postulatur, non egerit beneficio dispensationis, quam Legatus concedere non possit: vt si is qui agit decimum octauum annum ætatis, postuletur in Abbatem: *de quo Abb. in ca. vlt. de postulat. Pralat. quare sequitur vt possit Legatus postulationem aliorum admittere: vt si Abbas vnus Monasterii postuletur in Abbatem alterius Monasterii.* Ratio huius rei est, quia idem iudicatur de postulatione, quod de electione, eo quod postulatio est in subsidium electionis. *Goffredus, Hostien. Et alii in summo suo tit. de Postulat. Pralat.* Et cum postulatio reiciitur sine causa, si in iura postulantibus. *Glossa in c. Cupiente & Ceterum, in verbo Consummatio de elect. in sexto. Abb. in cap. Bene 1. Et in cap. pen. de Postulat. Pralat.*

Decimo octauo queritur, An Legatus conferre possit beneficium duobus, sub conditione, si primus non conferat, vt secundus habeat? Respondeo, Non potest, quia Beneficia conferri debent simpliciter & pure, *Abb. in c. Tunc de prab. Doctores in ca. 2. de elect. in sexto.* Potest tamen conferre beneficium sub conditione, quæ iure ipso tacite intelligitur. *v. g. potest dare Clerico beneficium ea conditione, si dimiserit illud quod habet. Hostien. in cap. Ad audientiam, de rescript. Collect. in c. Significasti, de elect. ca. 11. em conditione si Beneficium vacet. Pappus Allegat. 6.* His itidem conditionibus, quæ leguntur in cap. significatum, de prab. Non potest tamen conferre beneficium ad tempus, quia beneficia debent esse perpetua, *e. Praesens dist. 50. Solus Papa potest conferre ad tempus. e. Pastoralis 11. q. 7.*

Decimo nono queritur, An legatus, si sit extra Prouinciam, possit beneficia conferre, dum Legatio durat? Respondeo potest, sicut etiam potest episcopus, dum est extra diocesim. *Innocent. in ca. Quia diuersitatem, de concess. Prab.* quoniam Beneficia conferre, est voluntariæ iurisdictionis, non contentiosæ. Vnde Episcopus in omni loco extra diocesim potest Beneficia concedere: solent tamen Episcopi, dum Romæ commorantur, vrbem ipsam exire, vt Beneficia suæ diocesis conferant, *vt testatur Papi. tract. de Potest. Capituli, Sede vacante, vt patet 12. q. 1.* Hoc autem faciunt ob præsentiam Rom. Pontificis, quem sicuti debent, reuerentur.

Vigesimo quaeritur, An tantum temporis habeat Legatus, quantum habent Ordinarii locorum: Respondeo, habet. *Innoc. in ca. Nulla, de concess. preb. Laurent. in cap. 2. de offi. Lega. in 6.* Unde si deuoluatur ad Episcopum, siue ad quemuis alium Ordinarium Prouinciae, ius conferendi, potest Legatus conferre, quando Prælatus prouinciae sibi de egerat iure proprio, vel deuoluto conferre potest. Quid si ius conferendi sit deuoluto ad Prælatum extra prouinciam delegatam? Respondeo, tunc non potest, quando ad eiuſmodi Prælatum pertinet ius deuolutum. Si tamen ob huius Prælati negligentiam, sit ius deuolutum ad Papam, tunc poterit Legatus conferre, quia ut dixi superius, potest Legatus concedere Beneficia, quae sunt ad Rom. Pontificem deuoluta, *ca. Venerabilis, de Præben. & Innoc. & Anton. in c. Nulla, de concess. Præben.*

Vigesimo primo quaeritur, Quid sit dicendum, si Cardinalis sit factus Legatus Apostolicus Urbis, Papa ab ipsa Urbe recedente, possitne conferre Beneficia absque peculiari Papæ mandato: Ratio dubitandi est, quia est vere Legatus à Latere, ergo potest conferre, sicut ceteri Legati à Latere. Respondeo *testis Gamb. lib. citato n. 702. & seqq.* Non potest, quia tamen Papa sit Ordinarius totius mundi pastor, peculiariter tamen est Urbis Episcopus, unde sicut Episcopus quamuis Generalem Vicarium constituat, non intelligitur concedere potestatem conferendi beneficia, *cap. 1. & 2. de offi. Vica. in 6.* sic etiam Papa si Legatus creet in Urbe tantummodo, non videtur dare potestatem conferendi beneficia. Item quia beneficia Urbis sunt reseruata, vel Papæ, vel Cardinalibus.

Vigesimo secundo quaeritur, An impetratio Beneficii Legati auctoritate facta valeat licetis non expeditis. Et an pœna constituta in Extrauag. (Inimicitia) de elect. locum habeat in his, qui beneficia consequuntur à Legatis? Respondeo *cum Gamb. lib. 2. de offi. Legati, n. 687.* pœnam in predicta Extrauag. impositam, locum non habere, quia illa Constitutio est pœnalis, & loquitur tantum de his qui impetrant à Papa beneficia, non de ceteris, *ut ibi ait Glossa.* Item valet impetratio beneficii litteris non expeditis: quia iura, quae requiruntur ut litterae expediantur, alioquin impetrationes sunt irritae, nec vim ullam habeat impetratio beneficii, loquuntur de iis qui ad beneficia promouentur à Papa.

Vigesimo tertio quaeritur, an clausula cum Motu proprio appositâ in litteris Legatorum Beneficia conferentium, tollat vitium subreptionis? Respondeo in primis certi iuris esse litteras Papæ, & Legatorum quibus Beneficia conferunt, vitari vel subreptione, vel obreptione, *c. In nostra, c. Ad aures c. Postulasti, de reser. cap. Si multum, de Præben. in 6.* Secus vero in litteris inferiorum Ordinariorum, *Clem. 2. de præben.* Si quecas, quenam sit ratio huius diuersitatis? Respondeo, hanc esse rationem, quia Papæ, & Legatus non creduntur plene nosse qualitatem Beneficii, & vitam, ac mores eius qui ad Beneficium promouentur. At vero Ordinarii locorum, quia visitare iure coguntur suos subditos, & Synodos congregare; omnia plene nosse iudicantur. *Abb. in Clem. 2. citata.* Ex quo fit, ut mentio fieri debeat in litteris Legatorum de Beneficiis obtentis, sicut in litteris Papæ *cap. ult. de offi. Legat. in 6.* & de valore Beneficii, sicut etiam fit mentio de eo, cum impetratur à Papa. Clausula vero Motu proprio tollit quidem vitium subreptionis, non tamen extendit privilegium, siue indultum, siue fauorem ultra verba, & mentem concedentis: & ideo non inducit dispensationem, ut ait *Glossa in c. ult. de offi. Leg. in 6.* v. g. inquit, si Legatus conferat Beneficium Motu proprio, Clerico habenti aliud Beneficium, non est quidem subreptitia impetratio Beneficii; sed non valet, quia non censetur factus habilis ad habendam duo simul Beneficia, quae simul possideri iure non queunt. *Sic etiam Glossa in Clem. Per litteras, in verbo Directas & in Clem. Si Romanus, in verbo Validam de præb. Ioan. Andr. & Dominici. in c. Si multum, de præb. in 6. Abb. in ca. Ad aures, de reseript.*

Vigesimo quarto quaeritur, Quid sit dicendum si Legatus conferat Beneficium in mente, quæ Ordinarii loci conceditur; habeat ne vim Beneficium collatum? Ratio dubitandi est quia Regulæ Cancellar. de assignat. Ordinarii locorum certos menses, quibus Beneficia conferantur, etiam aduersus eos, qui habent à Papa litteras expectandas: ergo si Legatus possit in illis mensibus Beneficia conferre, videretur inanis illorum mensium assignatio. Respondet *Gamb. lib. citat. n. 78.* posse Legatum in illis mensibus Beneficia conferre, quia datur præuentioni locus, in ut si Ordinarius loci prius conferat, valeat quod factum; si Legatus vero, vim quoque habeat Beneficium collatum. Secus esset, si Ordinarius loci indultum haberet, ut nullus alius possit Beneficium conferre in mensibus sibi assignatis.

## C A P. XXIX.

De Potestate Legati in reseruandis sibi Beneficiis, & in eisdem commendandis, vniendis, & diuidendis.

Primo quaeritur, An possit Legatus Beneficia reseruare? Potest reseruare beneficia, quorum conferentium ius, & potestatem habet; ita tamen, ut pendente vna reseruatione in aliqua dieceſi, non faciat aliam. *cap. Deliberatione, de offi. Legati in sexto.* Quartus, An possit reseruare Beneficium in gratiam & fauorem certi alicuius Clerici? Speculator *in de offi. Legati hinc ostendendum, & Abbas in c. Dilectus, de Præben.* dicunt id cum posse, & probant *ex c. Cum dilectus, de iure Patron. & c. penult. de offi. Legati in 6.* Si obicitur: solius est Papa dare ius ad Beneficia vacatura. *c. Nulla c. Detestanda c. Ne capienda, de concess. præb. c. Presenti, c. Deliberatione, de offi. Legati in 6.* Respondeo *cum Panormit. loco citato,* Legatum non posse dare ius ad Beneficium vacaturum, siue simpliciter, siue in gratiam alicuius quia per reseruationem nullum ius acquiritur, in cuius fauorem Beneficium reseruatur; quoniam preſertim Legatus voluntatem mutare, & alteri Beneficium reseruatum concedere. Sed si dare possit ius ad Beneficium vacaturum, acquireretur alteri ius ad beneficium vacaturum, & daretur occasio facili desiderandæ, & captandæ mortis alterius.

Secundo quaeritur, An Legatus possit se promissione obligare ad conferendum beneficium alicui, cum se ad id facultas obtulerit? Ratio dubitandi est, quia id videtur permissum, *in c. Accedens, de Concessio. præb.* Respondeo, non posse obligare quia *in c. 2. de Concess. præb. in 6.* declaratur, huiusmodi promissiones nullius esse firmitatis; Dices, Cum textus ille in predicto *c. 2.* corrigat textum in *cap. Accedens,* & correctio sit odiosa, videtur esse restringenda, cum tantummodo locum habeat in Ordinariis locorum Legato inferioribus, non in ipso Legato. Respondeo, textum in predicto *cap. 2.* declarare huiusmodi promissiones esse contra Concilium Lateranense, & cum Legatus Concilii definitionem relaxare non possit, sequitur ut eo textu Legatus excludatur, sicut ceteri Ordinarii locorum.

Tertio quaeritur, An possit Legatus in litteris, quibus reseruatur beneficium vacaturum, dare executores, qui conferant beneficium quod ipse reseruauit, cum primum vacauerit, & in hibeant ne alius conferat? Respondeo, posse, siue in gratiam & fauorem alicuius. *Gamb. lib. citato n. 33. & seqq.* eo quod reseruatio Legati nullum ius tribuit, & proinde non dat causam optandæ, vel captandæ mortis. Potest itidem dare litteras monitorias, quia monitorio necessitate non inducit; item & litteras executorias, sicut dare potest executores; at litteras præceptorias dare nequit, quia his litteris tribuitur ius ad beneficium vacaturum, quod non potest, daretur enim votum captandæ mortis. *Hic*

*Gamb. lib. citato nu. 136.* Potest igitur Legatus dare executores, quia huiusmodi reservatio, ut dixi, non tribuitur ad vacantium beneficium: ut colligitur ex c. *Presenti de offi. Legati. in 6. Sic Anchar. & alii in cap. Prædicto Presenti de offi. Legati. in 6.*

Quarto quaeritur, An decreta & prohibitiones, quae apponuntur in litteris Legatorum reservantium beneficia, efficiant & obligent ignorantem? Duae sunt opiniones, Una est negantium, afficere, & obligare, quia quod ignorantes decreta ligentur, est contra ius commune l. 2. ff. de decretis ab ordine faciendis, c. 2. de postulat. l. si ignorans ff. loca 2. At Legatus nihil potest contra ius commune, c. *Dilectus i. de præben. c. pen. & vlt. de sil. Præbenz.* Item, quia hoc est peculiare in decreto Papæ, ut obstringat & teneat ignorantem. cap. *Quia consilio. §. antiebat. de concess. præben. in 6. c. Clem. 1. eod. tit.* Hanc sententiam sequuntur Archid. & Ioann. Andreas in c. *Si Apostolica de præben. in 6. Paulus, Laur. Henric. Aegy. Philippus, Alex. Socinus, & Anchar. apud Gamb. de offi. Legati. lib. 4. nu. 47. & seqq.* Altera sententia est eorum qui affirmant, afficere & ligare. Sic Innocent. Hostien. Ioan. Ligna: Lopus, & Dominicus quos refert Gamb. & hæc opinio videtur colligi ex cap. *Cum dilectus de iure patronat.* ac proinde videtur esse probabilior.

Quinto quaeritur, Quid sit dicendum, cum in c. *presenti de offi. Legati. in 6.* habeatur, pendente vna reservatione, non posse Legatum aliam facere, quamdiu videatur prima reservatio pendere? Respondeo, pendere quamdiu non est beneficium collatum: tandiu enim prima reservatio extincta non est, quamdiu effectum non est sortita. Quærit, An reservatio secunda per Legatum facta, sit iam atque finita est prima, firmata, & rata, quando de prima nullam facit mentionem? In primis negandum non est, posse Legatum reservationem facere, si prima sit finita: tunc enim nullo iure prohibetur aliam reservationem facere. Sed in dubium vocatur, An si fecerit aliam, ea valeat, nulla facta mentione de prima? Respondeo, non valere, quia ver. simile est Legatum non vellet Ordinarium duplici reservatione gravare. Item, quia facile est Legato, dicere in litteris suis: *Non obstante quod per alio scripserimus.* Ita Ioan. Andr. Francus, & Dominicus in ca. *Mandat. de rescript. c. in c. Presenti de offi. Legati. in 6.*

Sexto quaeritur, An Legatus possit Beneficia Parochialia commensare ad tempus, videlicet ad sex menses? Potest, quoniam id iuris & potestatis habet Episcopus. c. *Nemo de elec. in 6.* ergo habet etiam Legatus. Ita communis opinio apud Gamb. lib. 4. de offi. Legati. n. 143.

Septimo quaeritur, An Legatus possit commendare Parochialem ecclesiam ultra sex menses? Ratio dubitandi est, quia in c. *prædicto, Nemo.* non videtur id esse interdicitum Legato, quoniam, ut ait Ioan. Monachus in c. 1. de schismat. in 6. *Generalis Constit.* non tenentur Cardinales nisi exprimentur, ergo Generalis Constitutio in citato cap. *Nemo* tantummodo ligat Episcopos & alios inferiores locorum Ordinarios. Dicendum est, non posse Legatum ultra sex menses commendare: quia Constitutio in c. *Nemo* est Generalis Concilii, & Legatus non potest ius commune relaxare. Sic Ioann. Andr. & Dominicus apud Gamb. lib. citato. nu. 145. Quærit, An finito semestris ad quod Legatus parochialem ecclesiam commendavit, possit iterum ad aliud semestre commendare? Glossa in c. *prædicto, Nemo, in verbo Divas & Rebuffus in Praxi Beneficiorum part. 1. tit. de Comm. num. 65.* & Paulinus de offi. c. *potest. Capituli de Vacan. par. tertio.* Gamb. in lib. iam citato. numer. 164. negant id posse Legatum, quia esset in fraudem eius quod habetur in *prædicto cap. Nemo.* Nihilominus tamen quidam dicunt id potestatis habere Legatum, seclusa omni fraude, & dummodo iusta, & debita causa subit, videlicet, quando finito primo semestri non reperitur idoneus Sacerdos, cui parochialis ecclesia conferatur: vel si propter futorem, vel absentiam Rectoris, vel aliam similem causam necesse fuerit iterum ecclesiam parochialem com-

mendare. Sic ex Glossa loco citato. *Tunc enim, inquit, potest commendari ad aliud semestre quia non commendatur. In gratiam, & favorem Commendatarii sed in bonum & utilitatem ipsius Ecclesie.* Dicendum est, in eiusmodi casibus, ecclesiam parochialem committi debere Visitatori, vel Administratori, donec conferatur in titulum, ca. 1. c. *penult. de supplen. negli. Pralat. in 6. non autem Commendatario. Sic Rebuff. loco citato.*

Octavo quaeritur, An Legatus possit commendare aliquod beneficium etiam habens curam animarum in foro exteriori, vel dignitatem, dummodo non sit beneficium parochiale in perpetuum, hoc est, ad vitam Clerici, cui commendatur: Ratio dubitandi est, quia in c. *ap. Nemo* prohibetur, ne Episcopus commende ecclesiam parochialem ultra sex menses, ergo videtur esse concessum ut possit commendare in perpetuum beneficia, quæ non sunt parochialia. Dicendum est, id non posse Legatum, quia solus est Papæ commendare beneficia in perpetuum, eo quod Commendatarius perpetuus ei qui titulum habet æquiparatur in iure. Item, quia in iure commune, eo quod dicitur beneficium commendatum alicui, intelligitur esse ad tempus. Vnde in cap. *Si confiterit*, habetur: *Ecclesia non perpetuo concessa, sed ad tempus fuerit commendata: ergo ius videtur differentiam constituisse, inter hoc, quod est beneficium conferre, & beneficium commendare: quod cum conferatur, eo ipso intelligitur datum in perpetuum, cum vero commendatur intelligitur esse depositum ad tempus.* Nam ut ait Glossa in c. *Nemo, sapius allegato, in verbo Commendare* idem est commendare, quod est deponere, l. *Commendare, ff. de verbor. signif. §. 1. Lucius. ff. de positi:* sed depositum est ad tempus, aut saltem revocabile ad nutum deponentis. Ita communis opinio apud Gamb. libro citato. n. 145. §. 199.

Nono quaeritur, An legatus possit commendare ad sex menses beneficia regularia secularibus, aut è contrario? Respondeo, non posse ecclesias regulares commendare Clericis secularibus, aut è contrario. *Alexandrin in cap. Si quis, dist. 38. Gamba. de offi. Legati. lib. 4. num. 19.* & propterea inter facultates, quæ solent concedi Legatis, continetur ea, ut possit commendare beneficia regularia secularibus, & secularia regularibus.

Decimo quaeritur, An possit Legatus commendare beneficia, quæ Papa suæ collationi reservavit? De hac quaestione Calderinus *conf. 3. de Consuetudin.* dicendum est, Episcopum, vel Legatum non commendare beneficia, quæ spectant ad collationem alterius, sed tantum custodire per Administratorem, vel Oeconomum, ut saluum sit beneficium, siue ecclesia: donec is, ad quem pertinet collatio, conferat, vel prouideat, *Gamb. lib. 4. de offi. Legati. nu. 173.*

Vndecimo quaeritur, An Legatus possit beneficia, in quibus aliquis ius habet Patronatus, commendare in seipso, & neglecto Patrono? Respondeo ita distinguendo: si ius Patronatus est laicorum, non potest, quia ut colligitur ex c. *Cum dilectus, de iure Patronatus*, nihil potest Ordinarius de huiusmodi beneficiis statuere, non vocato Patrono: vnde si aliter commendauerit, revocanda est commendatio. *Innocent. & Hostien. in c. Dudum. 2. de elec. in 6.* Si autem ius Patronatus sit Clericorum, potest commendare in seipso, & posthabito Patrono, quia potest derogare huiusmodi Patronatus, ut habetur in *prædicto cap. Cum dilectus, de iure Patronatus.*

Duodecimo quaeritur, An morte Legati, qui beneficium aliquod commendavit, ipsa commendatio finiat, & definit? Non finitur, Glossa c. *Archidiaconus & alii in prædicto cap. Nemo. Collectan. in cap. Dudum. 9. de elec. nisi commenda esset ad beneplacitum suum, arg. sumpto ex ca. Litigiosa, de rescript.*

Decimo tertio quaeritur, An Legatus possit commendare beneficia ad Papam devoluta? Potest *Rebuff. in Praxi Beneficiorum par. 1. tit. de commenda. n. 36.* Obijcies: Legatus nequit huiusmodi beneficia conferre, ergo nec commen-

dat. Respondeo, in primis falsum esse, cum qui non potest conferre, non possit commendare, ut ostendi superius. Respondeo in idem falsum quoque esse, Legatum non posse conferre beneficia ad Papam deuoluta, ut dixi capite superiori.

Decimo quarto quaeritur, An legatus vnire queat Beneficia prouinciae sibi delegatae? Duae sunt opiniones; vna est negantium id posse, eo quod vnire beneficia, videatur esse proprium Episcopi, sicut vnire, de excess. Pralat. Federicus cons. 115. Antonius post Hostiensem & Innocentium, e praedicto. Sicut vnire, vnde Panorm. in illo cap. dicit hanc sententiam multos Doctores tenuisse.

Alteri opinio est affirmantium id posse. Speculator in titulo de Legat. §. Nunc est dicendum, vers. 89. & Ioan. Andreas in Addit. ad Speculatorem, & Ioannes Lignanus, Imola, Cardinalis, & auditores in Rota, ut citat Gambarus de officio Legati, lib. 5. nu. 41. & segg. vbi testatur, hanc opinionem esse nunc communem, quam sequitur Abbas in cap. Sicut vnire, citato. Atque haec opinio locum habet, dum modo per vnionem Episcopo non auferantur alia iura Episcopalia, vilitatio, se procuratio, obedientia, & alia similia obsequia ipsi iure debita. Abbas & alio loco citato.

Decimo quinto quaeritur, An Legatus vnire possit Ecclesias Cathedralis, Collegiatae, Regulares, vel Dignitates, quae sunt electivae? Non potest, quia in e. Deliberatione, de officio Legati, lib. 5. nu. 41. & segg. vbi testatur, hanc opinionem esse nunc communem, quam sequitur Abbas in cap. Sicut vnire, citato. Atque haec opinio locum habet, dum modo per vnionem Episcopo non auferantur alia iura Episcopalia, vilitatio, se procuratio, obedientia, & alia similia obsequia ipsi iure debita. Abbas & alio loco citato.

Decimo sexto quaeritur, An Legatus vnire queat ecclesiam, in qua Laicus habet ius Patronatus? Non potest sine consensu Patroni. Glossa, & Doctores in cap. Nobis, §. e. Cum dilectus de iure patronatus. Idem iuris est de Ecclesia quae spectat ad ius patronatus Clerici simul, & Laici, Lapis apud Gambarus lib. praedicto nu. 73. potest tamen vnire Ecclesiam cuius Patronus est Clericus, vel ecclesia, sine consensu ipsius, quia huic patronatus potest derogare Legatus. Pari ratione potest vnire ecclesiam, in qua Laicus habet ius Patronatus, non quidem ex fundatione, & adificatione, vel dotatione ecclesiae, sed ex praescriptione, consuetudine, vel privilegio, quia potest, ut diximus, huic iuri derogare.

Decimo septimo quaeritur, An possit Legatus vnire beneficia Papae reseruata? Ratio dubitandi est, quia nequit talia beneficia conferre, ergo nec vnire. Dicendum est in primis, non bene colligi: Legatus, vel episcopus nequit conferre hoc, vel illud beneficium, ergo nec vnire: Episcopus potest vnire beneficia, quorum conferendorum ius ad Praelatum aliquem inferiorem sibi subditum spectat, ut ait Gambarus lib. citato nu. 165. Deinde dicendum est, id quod habet communis opinio, non posse Legatum, vel episcopum vnire beneficium, quod Papa reseruauit, cum prauidicio vel ipsius Papae, qui reseruauit, vel eius qui expectat, ut vacet beneficium. Valebit tamen vnio, & sortietur effectum post obitum illius qui expectat vel postquam eo beneficio fuerit priuatus, vel postquam ille beneficium dimiserit. Abbas in e. Sicut vnire, n. 7. de excess. Pralato. Rota decis. 173. qua incipit: Nota quod Beneficium, & decis. 140. & 658. in antiquis. Rebuff. in praxi. Beneficium, part. 1. tit. de Commenda. nu. 31. hoc locum habet, quando Papa reseruauit beneficium suae collationi.

Quid dicendum, si Papa reseruauit sibi aliquod beneficium vacaturum, & postea cum vacat, conferat illud: finitur ne tunc ac desinit reseruatio? Respondeo, cessare reseruaciones, si reseruauit illud suae collationi. Abb. loco

citato. Rota decis. 363. quia iam illud contulit, & praeinde non est amplius reseruatum, Selua de Benefic. part. 3. quaest. 43.

Quid si Papa reseruauit suae prouisioni, vel suae dispositioni, vel suae ordinationi beneficium, Legatus ne tunc, vel episcopus poterit vnire? Respondeo cum Abbate, non posse, quia verbum, prouidere, est generale, & comprehendit omnem modum, quo potest beneficium concedi, ut ait Glossa in Clem. vlt. de elect. item verbum (disponere) aut verbum, non ordinare, est etiam generale, & ideo inferior nihil potest tunc de beneficio ordinare, vel dispo-

nerere. An si Papa reseruauit beneficium suae prouisioni, vel dispositioni, vel ordinationi, & postea cum vacat, commendat alicui ad vitam eius, cesset reseruatio per commendationem? Selua de Benefic. part. 3. q. 41. ait cessare, quia verbum prouidendi, vel disponendi, vel ordinandi, est generale, & comprehendit modum quo beneficium commendatur: si tamen reseruauit suae collationi, non cessasset per commendationem, quia commendare non est conferre. Sicut etiam Dominicus. ca. nemo. de elect. 3. in 6. & Ludouic. Romanus in cons. 350. Collect. in cap. si consisteris, de Reseruacionibus. generaliter docent reseruacionem durare, non extinguari per commendationem perpetuam siue temporalem auctoritate Papae factam, etiam si beneficium sit reseruatum eius prouisioni, dispositioni, vel ordinationi, quia commendare non est prouidere: & dicunt hanc sententiam sequi Curiam Romanam. De hac q. Gamb. lib. 4. num. 33.

Decimo octauo quaeritur, An Legatus possit vnire ecclesiam, vel Collegio Clericorum beneficium viuentsis? Certe beneficium viuentsis vniri potest ecclesiae, vel Collegio Clericorum, sed absque prauidicio possidentis, e. Consultationibus, de donat. & Clem. 2. de rebus Eccles. non alien. & tamen beneficium viuentsis conferri, aut promitti nequit aut equam vacet ca. 1. 2. 3. & vlt. de Concess. praeb. Ratio diuinitatis est quoniam vnio fit sine prauidicio viuentsis & possidentis; at beneficium viuentsis, non conferitur sine prauidicio eius qui ius habet in eo: item per vnionem transferitur proprietas vnus ecclesiae ad aliam; at cum beneficium conferitur, solum datur titulus, non proprietas, quae manet per Episcopum, cuius est proprietas ecclesiae: sed duo titulum eiusdem beneficii habere nequeunt. Abb. cap. Consultationibus, praedicto.

Decimo nono quaeritur, An possit Legatus vnire beneficium, quod dicitur Vicaria perpetua alicuius ecclesiae Parochialis, alteri ecclesiae? Ratio dubitandi est, quia huiusmodi Vicaria perpetuae bona, videntur esse portio ecclesiae Parochialis quae Vicarium perpetuum habet, cap. 1. de praeb. in Sexto, cap. Extirpanda. §. Quia vero, eod. tit. sed vnio adimeret bona illi ecclesiae Parochiali, quod Legatus facere nequit, ut annotant Doctores cap. vlt. de Confirmat. vtili, vel inutili. Item Vicarius est, & dicitur comparatione principalis Beneficiarii cap. Super eo, de praeb. in Sexto: ergo remanente principali, semper remanere debet Vicarius eius qui tamen per vnionem tolleretur. Dicendum est, huiusmodi Vicarias perpetuas, esse simpliciter Beneficia per se. Clem. 1. De Offi. Vicar. Vnde Rota Decis. 273. in nouis, dicit vniri posse mensae Capitulum, quia reuera censentur, & sunt Beneficia. Gamb. lib. citato nu. 100.

Vigesimo quaeritur, An possit Legatus vnire ecclesiam saecularem Monasterio, ita ut per Monachum regatur? Responderet Gamb. lib. citato, num. 103. posse ex causa magni momenti, & vocatus ijs, quorum interest: nam Episcopus hoc idem potest, & per hoc inducitur dispensatio cum Monacho Felino. in e. In nostra, de Rescriptis. Huiusmodi tamen vnio nihil debet derogare iuri episcopi: neque enim ecclesia saecularis vnita Monasterio eximi potest a visitatione, procuracione, obedientia, & aliis obsequiis Episcopo iure debitis. Nicolaus M. in verbo, Legatus, Gamb. libro iam dicto num. 105.



Vigesimo primo quaeritur, An possit Legatus vnire Ecclesiam vnus diocesis ecclesiae alterius diocesis? Potest, si suble iusta & debita causa, dummodo episcopo ecclesiae vnire sua iura non adimantur, ut dixi quae superiori Gamb. lib. prefato. num. 106.

Vigesimo secundo quaeritur, An possit Legatus vnire beneficia Regularia? Potest, si electiua non sint. Bonifacius in Clem. 1. §. Ad hac, De statu Monacho.

Vigesimo tertio quaeritur, An possit Legatus dissoluere vniones ecclesiarum? Potest ex causa iusta, & debita; sicut potest vnire v. g. Si vnio incipit esse ecclesiae damnosa. Abb. in cap. 1. Ne sede vacan. Petrus Perus. Tract. de Vnionibus cap. 1.

Vigesimo quarto quaeritur, An possit Legatus ecclesias, siue Beneficia diuidere? hoc est, ex vno Beneficio facere duo, & ex vna ecclesia facere plures? Potest, quia id iuris, & potestatis habet Episcopus. cap. Ad audientiam, De eccles. edific.

Vigesimo quinto quaeritur, An Legatus erigere queat nouas ecclesias Dignitates, Personatus, & Beneficia? Potest quia hoc potest episcopus. vlt. de rescriptis in sexto cap. penultim. & vlt. & Abb. in cap. Quoniam, de Vita, & Honestate Cleri. extat Consilium 1. Calder. de Offic. legat. vbi probat posse Legatum in Prouincia sibi demandata vniam ecclesiam erigere in Conuentualem, etiam si alicui Monasterio extra suam Prouinciam posito subiecta sit, quia legatus est exemptorum Ordinarius: & Abb. in cap. penult. de eccles. edificat. dicit, posse saecularem ecclesiam, ex iusta, & debita causa conuerti in Regularem: nequit tamen Legatus erigere ecclesias Cathedralis, quia hoc est Papae relictum.

Item non potest legatus, aut episcopus erigere nouas ecclesias sine dote competentis: cap. 1. de cons. §. c. Ad audientiam, de eccles. edific. cap. 1. de cons. dist. 1. Insuper non potest erigere nouas dignitates, quae non sint ex antiquis, hoc est: Potest quidem erigere nouum Archidiaconatum, vel Archipresbyteratum, sed non dignitatem ita nouam, vt nouum nomen, officium, & potestatem habeat: hoc enim solus est Papa, vt colligitur ex cap. 1. dist. 22.

Vigesimo sexto quaeritur, An possit legatus erigere nouas dignitates in ecclesia Cathedrali, vniendo eis alias ecclesias? Potest siue praedictio Episcopi, & Capituli Gamb. de offic. legat. titulo de potesta. Legati in erigendo noua Beneficia. num. 11.

Vigesimo septimo quaeritur, An possit legatus Hospitalis domus causa communis pietatis extruere, committere, vel conferre alicui? Glossa in Clem. Per litteras, in verb. Prouidere & in verbo Apostolica, de prob. videtur negare id posse legatum, eo quod in Clem. Quia contingit, de Relig. domib. videtur id tanquam proprium episcopi constitui. Item quia in literis quibus facultates legatis conceduntur, specialis datur auctoritas, vt possint committere, vel conferre hospitalis domus iuxta formam Clementinae, Quia contingit: ergo si id iure communi legatus haberet, frustra tale privilegium concederetur, vt constat ex l. 1. C. de Theaur. lib. 10. Dicendum est cum Gamb. & recte de offic. Legat. lib. 5. tit. de potesta. Legati circa hospitalia, id posse legatum, quia cum id potestatis episcopus habeat, legato Pontificio denegari non potest, exprimitur vero tale privilegium inter facultates, quae legatis committuntur, propter Glossam, & alios, qui negare videntur, talem potestatem iure communi legatum habere. Hoc autem quod dicimus, locum habet in hospitalibus domibus episcopi auctoritate fundatis: caeterae enim domus profanae sunt, quamuis pia, & eas nec episcopus, neque legatus confert, vel committit administrandas, quia liberae sunt. Clem. Quia contingit, de Relig. domib. nec ab illis exigit episcopus iura Episcopalia Federi. consil. 25. Item neque legatus, nec episcopus potest redditus annuos hospitalium domorum conuerti ad alios vsus, quam ad eos, ad quos sunt deputati: puta si destinati sint ad vsus pauperum, vel infirmorum, vel orphanorum. Vnde fit, vt neque Episcopus, ne-

que legatus possint in Titulum Beneficii concedere domos hospitalis, quarum redditus sunt deputati ad vsus pauperum: quia si conferrent in titulum Beneficii, applicarent talium domorum redditus ad alios vsus, ad quos destinati non sunt: quod esset contra id, quod habetur in Clem. Quia contingit, de Relig. domib.

C A P. XXX.

De potestate Legati in restituendo spurios legitimos natalibus.

PRIMO quaeritur, Quae & quanta facultas soleat legatis concedi pro restituendis spuris ad legitimos naturales? Solet his verbis facultas concedi: Concedimus, vt super natalium, etiam si ex adulterio incestu, vel nefario, aut quocumque illicito coitu procreati fuerint, defectibus dispensare, vt quacumque, quocumque, qualiacumque Beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura saecularia, & regularia inuicem compatibilia, etiam si saecularia, Canonicae, dignitates, & Prabendae, & si de nobili genere procreati fuerint, etiam maiores & principales personatus, vel officia, in Cathedralibus, Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, & in illis, in quibus dictorum patientium defectum natalium, patres Beneficia obtinuerunt: dum tamen illis immediate non succedant, & quod de natalium defectibus huiusmodi nullam in quibusvisque litteris, & gratis sibi concedendis mentionem facere teneantur, indulgere valeas.

Secundo quaeritur, An spurius qui per legatum restitutus est legitimis natalibus, & factus habilis ad dignitates, possit fieri episcopus. Non potest, vt colligitur ex Hostiensis c. Innotuit, de elect. & Collect. in c. Cum olim, de prob.

Tertio quaeritur, An si Legatus cum spurio dispenseret, vt possit ad omnes Ordines promoueri, & Beneficium Ecclesiasticum obtinere, possit habere Beneficium habens curam animarum. Potest. Sic Collect. in c. Cum olim, de prob.

Quarto quaeritur, An si legatus dispensationis Beneficium concedat, vt spurius obtinere queat quatuor beneficia simplicia, possit habere Canonatum in ecclesia Cathedrali? Ioan. Monach. cap. 1. de fil. presbyt. & Antonius cap. vlt. ad tit. sententiunt non posse, quam sententiam sequi videtur Rota Decis. 136. in nouis, & Decis. 408. in antiquis. Oppositam sententiam tuentur Archid. I. Aud. Dominic. & Philip in c. 1. de fil. Presbytero in sexto. Hostien. in sum. trad. tit. Oldrad. consil. 115. Haec opinio est communi consensu recepta.

Quinto quaeritur, An spurius qui dispensatione per Legatum facta, vt habere queat personatus, dignitates cum cura, & sine cura, obtinere queat dignitates in ecclesia Cathedrali? Rota Dec. 45. in antiquis, testatur, aliquos negare Legatum id posse, quia in c. Quatuor, de praben. in sexto, habetur: Quando mandatum est Papae, vt alicui prouideatur in aliqua ecclesia ciuitatis, vel Diocesis, non comprehenditur ecclesiam Cathedralis, eo quod sit vnica. In Rota tamen Decis. praedicta, & Decis. 408. contrarium est iudicatum, quia aliud est, eum mandat Papae, vt alicui prouideatur in aliqua ecclesia ciuitatis, vel Diocesis: cum enim ecclesia Cathedralis, eum sit vnica, illa appellatione ecclesiae non continetur: aliud vero est, eum mandat, vt alicui prouideatur in aliqua ecclesia Prouinciae, vel Diocesis: tunc enim nomine ecclesiae intelligitur etiam Cathedralis. Cum igitur Legato facultas concedatur, vt spurius possit fieri habilis ad personatus, vel dignitates, eo ipso intelligitur data facultas, vt cum possit habilem efficere, ad personatus, & dignitates ecclesiae Cathedralis.

Sexto quaeritur, An spurius per legatum factus habilis ad sacros ordines, vel Beneficia, sine cura eo ipso censetur factus habilis, vt ei possit ecclesia Parochialis commendari? Collect. in cap. vltim. vers. si quid si dispensatum, de fil. Presbytero. negat posse, quia dispensatio iustitiae, & presse intelligi debet. cap. Auaritia, de elect. in sexto.

Septimo quaeritur, An Legatus, vel Episcopus possit spurium ad personatus, vel dignitates habilem reddere? *Gamb. libro citato, num. 177.* sentit posse: sed Glossa & communis Doctorum opinio negat id posse. *cap. 1. de Fil. Presbyt. in sexto.* ubi mandatum est Papae de providendo Beneficio simplici, non includitur personatus, vel dignitas. Item in *cap. Dudum 2. de elect. Et in c. De multa. de prob.* Beneficia curam animarum habentia, & dignitates, ac Personatus equiparantur, ut simul haberi nequeant duo, vel plura, & *cap. 1. de Fil. Presbyt.* spurii ad Praelationes non admittuntur.

Octavo quaeritur, An possit Praelatus indulgere spurio, ut habeat Beneficium coniunctam animarum curam habiturum tantum, non actu: Ex Abb. Imola, Paulo, Hostien. si, & aliis in *cap. de multa, de prob.* colligi videtur id posse, quia iura, vel statuta, quibus cautetur ne quis simul habeat duo Beneficia cum cura animarum, non comprehendunt habentia curam animarum habiturum tantum, non actu: ergo ius, quo prohibetur ne spurius habeat Beneficia animarum curam coniuncta, comprehendit solum Beneficium habens actu curam animarum.

Nono quaeritur, An si statuto cautetur ne spurius ad aliquod Beneficium, etiam simplex, admitti queat, possit Legatus spurium habilem facere ad simplex Beneficium Anchoran. Domini. & alii in *cap. 1. de fil. Presbyt. in sexto.* negant id posse: Episcopum, quandoconque statutum fuerit Papae auctoritate confirmatum: quia confirmatio mutat naturam rei *cap. 1. Et 2. de confirmat. ut illi, vel in illi, c. 1. Et 2. de transact.* De Legato nihil dixerunt *Gamb. vero lib. praefato, num. 184.* affirmat Legatum id posse, quia non videtur esse illi interdictum in iure: hoc videtur solum habere locum, quando statutum non est Papae auctoritate confirmatum.

Decimo quaeritur, An legatus iure communi possit iusta ex causa spurium facere habilem ad omnes Ordines factos, & ad Beneficia simplicia? Ioannes in *summa tit. de Fil. presbyt. §. sed notandum.* Hostien. in *cap. Extus.* Ioan. Andr. & Anton. in *cap. ult. de fil. presbyt. Archi. in c. Licet Canon. de elect. in sexto.* censent id posse Legatum, & Episcopum, quamvis dicant in Curia contrarium servari.

Vndecimo quaeritur, An spurius Religionem professus possit auctoritate Legati fieri habilis ad Beneficia curam animarum habentia, quorum sunt capaces, quales sunt Canonici Regulares? Hostien. in *cap. Cum secundum, de prob. teste Gamb. lib. citato, num. 198.* affirmat posse illud fieri. Sed communis opinio oppositum habet: quia quamvis Religiosus spurius per professionem fiat habilis ad sacros Ordines, non tamen ad Beneficia curam animarum coniuncta. Sic Anton. Cardin. & Henric. in *cap. ult. de filiis Presbytero.*

Duodecimo quaeritur, An si Legatus, vel Episcopus indulgeat spurio, ut promoveatur ad sacerdotium, eo ipso intelligatur factus habilis ad Beneficium cum cura animarum? Respondeo, cum Antonio Cardinali & alii in *cap. ult. de Fil. presbyt.* non intelligi factum habilem: nam huiusmodi dispensationem, cum spurio presb. & stricte interpretari debemus: at veto, ut dicit *Gamb. libro iam dicto,* eo ipso factus est habilis, ut possit habere Beneficium simplex unde vivat.

Decimotertio quaeritur, An ex litteris Pontificis, quibus conceditur Legato, ut dispensare queat cum spurio, eo ipso intelligatur concessum, ut eos possit restituere legitimis natalibus? Ratio dubitandi est, quia dispensare cum spurio, non videtur esse idem, quod eum legitimum reddere, teste *Gamb. lib. praefato, nu. 205. & seqq.* Quidam dixerunt, haec duo esse diversa (dispensare cum spurio, & illum facere legitimum: Sed in hac parte dicendum est, eo ipso quod Legato conceditur, ut possit cum spurio dispensare, etiam esse concessum, ut eos habiles reddat ad ea, quae illis ius commune denegavit. Et hoc est, ut possit eos legitimos reddere.

Decimoquarto quaeritur, An Legatus, cui conceditur,

ut possit restituere legitimis natalibus spurios ex quouis damnato congressu procreatos, possit quoque legitimos facere spurios, genitos ex congressu damnato duobus, vel pluribus causis, v.g. natos ex adulterio, vel incestu, vel natos ex adulterio, vel incestu, & sacrilegio? De hac quaestione tractant Doctores in *cap. Per venerabilem. Qui filius legitimi §. in l. Gallus. §. Et quid sit tantum ff. de liber. Et postquam, & eadem est quaestio, An sub simplici nixum comprehendatur, De qua Doctores in *c. At si clerici. §. de Adulterio, de Iudicis. §. l. 2. ff. de verb. oblig.* Quisquid sit de his quaestionibus, facultas data Legatis in hac parte intelligenda est ample. Si vero huiusmodi facultatis v. Legatus, cum spurio semel dispenser, ut hoc vel illud habeat, debet mentionem facere idem spurio, si impetret a Legato aliud quodvis gratiae privilegium, ut docet Ioan. Andreas in *cap. ult. de fil. Presbyt.* v.g. spurio unum Beneficium a Legato impetrauit, si velit aliud consequi, & simul primum possidere, debet mentionem facere de primo, quia non fuit in eo dispensatum, ut duo, vel plura simul haberet. Ad tollendas huiusmodi dubitationes, solet concedi facultas Legatis in hac verba: *Concedimus, & largimur, ut possit, & valeat naturalis, bastardus, spurios, manzacos, incestuos copulatus, vel disjunctus, & quosvis inque cuiuscunque status, gradus, & praesentia existens, ex illicita, & damnata copula procreatos, seu procreandos, existentibus, vel non aliis liberis legitimis, viventibus, vel etiam mortuis eorum parentibus legitimis, & etiam omnia iura, aliosque antiquis natalibus quibus ab initio omnes homines legitimi nascebantur, restituere, & restituere, omnique gentis maculam penitus abolere, ipsos restituendo ad omnia, & singula iura, tam communitaria, quam locorum quorumcumque specialia: Et si de filio tantum legitime nati loquerentur, successorem etiam ab intestato cognatorum, & agnatorum, honores, & dignitates, & ad singulos actus legitimos ac si esset de legitimo matrimonio procreatus: damnato legitimatione per vos, & heredes, posteritates, successores vestros, & iam dictos facienda, ut praesentibus, non praesentibus legitimis filii, & heredibus, qui ipsi in legitimandis per vos, & heredes posteritatis seu successores vestros praedictos, aequi portionibus suis succedunt parentibus, & agnatis, nisi forsan ratione sexus, vel agnationis, ex dispositione legis alicuius municipalis, vel consuetudinis deberent praedicti legitimi praesertim, si ab initio fuissent legitimi: quo casu ipsam eis prerogativam praesentium quoque auctoritate concedimus, non obstantibus aliquibus legibus, quibus cautetur, quod naturales, bastardi, spurii, incestuos, copulatus, vel disjunctus, vel alii quicumque illicito coitu procreati, vel procreandi, non possint, vel debeant legitimi, liberi naturalibus legitimis existentibus, vel sine consensu, & voluntate plerumque naturalium, & legitimorum, & specialiter in Authentico, quibus modis naturalis efficiuntur legitimi, & quibus modis naturales efficiuntur sui per totum, & alii similibus, quibus legibus, & cuilibet ipsarum volumus expresse, & ex certa scientia derogari: Et etiam non obstantibus in praedictis aliquibus aliis legibus, etiam si tales essent, quae deberent exprimi, & de eis fieri mentio specialis: quibus obstantibus, vel obstar valentibus in hoc casu duxerunt, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis totaliter derogamus, & derogatum esse volumus per praesentes.**

Decimoquinto quaeritur, An Legatus possit dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis lege tantum Canonica prohibitis? Goffredus, teste *Gamb. de offic. Legati lib. 7. num. 375 & seq.* sentit id posse Legatum quia in *c. Quod dilectio de consang. & affin.* habetur Legatum dispensasse cum quibusdam in sexto gradu, qui tunc erat prohibitus, sicut nunc quartus. Sed communis opinio Doctorum in *c. Quod dilectio, citato. Et in c. Non debet, de consanguin. & affin.* negat id posse Legatum. Hac sententia est tenenda; quamvis *Gamb. quo dicit in loco,* dicat opinionem Goffredi esse veram, quando Legatus esset in Provincia ita remota, ut facile Papam consulere nequirit.

Decimosexto quaeritur, An Legatus dispensare queat, cum iis, qui Simoniae Ordines, vel Beneficia receperunt? Respondeo distinguendo: Si perignorantiam id factum fuerit,

facit, potest, quia est ius commune, *ca. de Simoniac. §. cap. Nobis, de Simonia.*

Decimo septimo quaeritur, An possit Legatus dispensare cum his, qui nondum habent legitimam aetatem? In primis Legatus non dispensat cum eo, qui nondum attingit decimum quartum aetatis annum, ut proficiatur Religionem, vel testamentum faciat, quia in tali aetate non censetur quis plene compos rationis. Secundo Legatus, & Episcopus dispensant cum eo, qui ait vigesimum aetatis annum, ut habere queat personatus, & dignitates cura animarum carentes. *cap. 1. de temporibus ordinand. in 6.* Tertio ante Concilium Tridentinum Legatus, & Episcopus dispensare poterant cum eo, qui septennium excesserat, ut fieri postea Canonis, hoc enim permittitur, *in cap. ex eo, de at. §. qual. ord. ut ibi annotant Doctores.* Quarto nec Legatus, nec Episcopus dispensare queunt ut quis fiat Subdiaconus ante vigesimum secundum annum, aut Diaconus ante vigesimum tertium, vel Presbyter ante vigesimum quintum. *Conc. Trid. sess. 23. c. 12. de Reformat.* Hoc locum habet, ubi fuerit Conc. Tridentinum receptum. In locis vero, in quibus non est receptum, nec Legatus, nec Episcopus potest dispensare cum minore viginti quinque annis, ut fiat Presbyter, vel cum minore viginti annis, ut fiat Diaconus vel cum eo, qui non attingit decimum octavum aetatis annum, ut fiat Subdiaconus. *Clem. Generalem de atate, §. qual. ord. Quinto teste Gambaro de off. Lega. lib. 7. num. 448.* Legatus, vel Episcopus dispensare potest cum minore 25. annis, ut habeat dignitatem, & Canonicatum, vel aliud Beneficium simplex in eadē ecclesia: quod probat ex Rota Dec. 19. in antiquis, & Archidiacono *cap. 1. de Consuet. in 6.*

C A P. XXXI.

De potestate Legati in causis iudicialibus.

Primo quaeritur, Quae facultates concedi soleant Legatis in causis iudicialibus cognoscendis? Solent concedi sequentes, his verbis: *Ac etiam matrimoniales, beneficiales, & alias Ecclesiasticas, & spirituales, ac profanas causas quaelibet, ad Ecclesiasticum forum pertinentes, tam primo, quam appellationum quarumlibet à quibuscumque iudicibus Ordinariis, Legatis, & Delegatis, etiam per nos, & sedem praedictam deputatis, ad nos, & sedem eandem, seu quoscumque alios iudices interpositos pro tempore, & durante dicta legatione interponendas, etiam simpliciter, & de plano, & summarie sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta parte, vel alium, seu alios, etiam citra unam vel duas dietas, dummodo non ultra tres, audiendi, cognoscendi, & tractandi, ac alii, vel aliis taliter audiendas, cognoscendas, & sine debito terminandas delegandi, illaque, etiam si per nos, aut alias auctoritate nostra delegata forent, seu alias coram quocumque penderent, etiam cum tibi placuerit, ad te aduocandi, & alius committendi.* Haec ibi.

Porro quae causae ad forum Ecclesiasticum pertineant, dixi superius lib. 3. cap. 53.

Si quaeras, Quid significant illa verba (*simpliciter, & de plano, ac summarie.*) Respondet Ioann. Andr. in Clem. Sape, de verb. signif. dicens, idem significare, haec omnia verba simul coniuncta (*simpliciter, & de plano ac summarie*) quod illud (*sine strepitu & figura iudicii.*) Quibus verbis tollitur ordo iudicii, qui alias omittitur vtiat processum, *l. Proletam. C. de sententiis, & interrogat. omni iudic.*

Ordo vero iudicii consistit in oblatione libelli, contestatione litis, assignatione dilationum, iuramento calumniae, instrumentorum, & testium productione: de quibus in cap. Quoniam contra, de Probat. Secundum igitur Ioannem Andream in illa Clem. Sape, auferretur per praedicta verba omnis ordo iudicii, praeterquam is, qui fuerit expressus. Bart. in Extrauag. Ad reprimendum, ait ex his verbis tolli ordinem iudicii, inductum iure positivo, videlicet Canonico, Ciuili, & municipalibus, non autem inductum iure diuino, vel naturali, cuiusmodi est creatio, qualicumque peritio, interrogatio per quodcumque quandoque facienda, ad causam cognoscendam, citatio partis ad sen-

tentiam. Prodest igitur praedictorum verborum clausula, ut procedi queat non obstantibus feriis hominum gratia inductis, ut non sit necessaria solemnitas oblationis libelli, litis contestatio, ut dilationes fiant breuiores, frustratoria reiciantur, multitudines testium restringantur. De hoc verbo sine figura iudicii habemus textum in *l. 1. §. Similique modo. C. de Latina liber. tollen.* De illis verbis: *sola facti veritate inspecta* est textus in *l. 2. ff. de orig. iur.* Quibus verbis, quis sic iudex more arbitratoris, de quo in *c. Quinti Vari, de iureiur. §. l. si societatem. §. Arbitrorum. ff. pro soc.* Vnde si veritas appareat, nulla omnia sollemnitas iuris positui vitiatur processum. Item clausula (*de plano*) tollit similiter omnem formam iure positivo inductam. Insuper clausula, *Nulla iuris solemnitate seruata*, tollit ea, quae sunt iuris diuini, vel naturalis, ut est creatio, & probatio causae duorum testium auctoritate confirmata.

Secundo quaeritur, An possit Legatus causas committere, antequam sit Prouinciam sibi delegatam ingressus? Potest. *Glossa in cap. Nouit. de offic. Legati, id probat, quia commissio causae cognitionem non requirit.* Si roges, An Iudex, cui Legatus causam commisit, possit iurisdictionem exercere, antequam Legatus Prouinciam ingrediarur? Potest, ut colligi videtur ex *l. obseruare, §. penult. ff. de offic. Procons. & Regidio Decis. 650. Gambaro de offic. Legati, lib. 8. num. 56.*

Tertio quaeritur, An possit causas committere Canonico in notis 25. annis? Non potest. *Glossa in cap. statutum, in verb. Canonico, de rescript. in sexto.* Hoc enim est privilegium Papae, *cap. cum viginti, de offic. Iud. deleg. & nullus alius, nisi Princeps, potest iura immutare. Clem. Ne Rom. de Elect.*

Quarto quaeritur, An possit Legatus causas committere Canonico supernumerario? Potest. *Francus in cap. statutum, de rescript. in sexto. Gamb. de off. Lega. lib. 8. num. 52.*

Quinto quaeritur, An Delegatus à Legato possit subdelegare, hoc est, possit alium Delegatum constituere? Duae sunt opiniones, Vna est dicentium non posse, quia id est privilegium delegati à Principe. *Sic Archid. c. 2. de offic. iud. deleg. in sexto, Ioan. And. Dominio, & Francus ibidem. Innoc. in cap. cum Berold. de sent. & re iudic. Glossa in cap. Cum causam, de appellat.*

Alter sententia est, assententium posse. *Sic Bald. in l. 1. iudice C. de iud. Alexan. in l. More, & lege sequenti ff. de iurisdic. omni. Iudic. Angelus in l. Cum prator. ff. de iud. Abb. in cap. Cum Bertoldus, modo citato: quos sequitur Gambarus de offic. Legati lib. 8. num. 143.* Id probant, quia Legatus instar Principis habet Regiam facultatem, & dignitatem.

C A P. XXXII.

De potestate Legati in statutis condendis.

Extra Concilia posse statuta condere. *c. vl. de off. Legati.*

Primo quaeritur, An possit Legatus statuta facere, quae perpetuo durent, etiam finita Legatione? Potest, ut colligitur ex *cap. vl. de offic. Legati. Innoc. ut aiunt Anton. cap. Ex parte 3. de verb. signif. §. cap. 1. de Loca. Innoc. in cap. Cum accessissent. de Constitut. Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure: qui habent iurisdictionem ordinariam, possunt statuta condere in perpetuum, & perpetua censentur, nisi ad tempus ponantur.*

Secundo quaeritur, Circa quae possint Legati statuta facere? Respondeo circa ea omnia, quae ad iurisdictionem ipsorum spectant, videlicet ad mores componendos, vicia corrigenda. *cap. Quoniam quidam distinet. 18.* Hoc enim etiam possunt Episcopi. At vero nec Episcopi, neque Legati possunt quidquam statuere contra ius commune ex toto, vel ex parte. *Glossa in cap. vltim. de iis, quae sunt à Pralato sine consensu Capituli, Felinus, & alii Doctores in cap. Quod super his, de Maioritate, & obed. Glossa in Clem. ne Romani, de elect.* Possunt tamen praeter ius commune statuere. Item contra non parentes iuri poenam addere, ut singuli facilius ius commune seruent. *Doctores in cap. 2. de consuet. Innoc. & Host. cum in ihibitio, de Claustr. de sponsat.*

Tertio

Tertio queritur An statuti Legatio um ligentur subditi cum extra prouinciam delinquent? Hæc questio disputata fuit Padua, vt testatur *Aloerius in l. Ex causa. ff. De postulando*, & tandem conclusum est, non incurrere in penam statuti a Legato conditi. Et quamuis Episcopus punire possit subditum, qui deliquit extra territorium, quando in ipso Episcopi territorio reperitur; vt commemorant in *auth. Quia in Prouincia C. Vbi de criminibus agi oportet*; tamen quod ad delictum spectat, contra statutum non censetur delictum nisi in prouincia commissum. *Dicitores in cap. 2. de consuet. in sexto.*

Quarto queritur, An possit Legatus concedere statutum contra statuta aliorum Legatorum? Potest, quia neque inferior, neque potior Legem imponere. *cap. Cum inferior. de Maior. & obed. & cap. Inferior. dist. 21.*

Quinto queritur, Quis possit statuta Legatorum interpretari? Respondeo, Legatione durante, ipsius esse sua statuta interpretari, si quid obsecrum, incertum ambiguumque contineant, quia eius est interpretari Legem, cuius est condere. *cap. Inter alia, de sent. excomm. Legatione vero fuita, interpretatio ad Papam deuoluitur. Glossa in cap. Ex parte 3. de verb. signif.*

Sexto queritur, Quid possit Legatus in absoluendis excommunicatis? In primis potest absoluere ab excommunicatione quam quis contraxit, eo quod violentas manus in Clericum intulerit. *cap. Ad eminentiam, de sent. excomm. & cap. penult. de offic. Legati. Glossa in cap. Auctoritate. §. Inhibemus, de priuileg.* Sed in dubium vocatur, An absoluere etiam possit, quando atrox est iniuria, vel læsio enormis? *Hofstien. in cap. Ad eminentiam, & cap. penult. supra citatis, & Speculator tit. de offic. Lega. §. Nunc dicamus*, negant, posse absoluere, eo quod tunc absolutio Papæ referuata videtur, *cap. Peruenit, de sent. excomm. ac teste Gambaro de offic. Lega. lib. 8. tit. de potestate Lega. in absoluendo ab excommunicatione.*

Communis opinio est, posse eum absoluere, & *Felin. in cap. Prædicto, Ad eminentiam*, dicit posse absoluere, etiam si furisset quis homicida Clerici. Si queratur, Quenam censetur enormis læsio, & atrox iniuria? Respondeo, eam censeri, quæ est cum cæde Clerici, vel cum eiusdem effusione sanguinis, *cap. Pro illorum, de sent. excomm.* Item quæ fit in loco publico, & quæ lædit Abbatem, vel Episcopum. *Abb. in c. Pro illorum, citato.*

Item Legatus potest absoluere ab aliis excommunicationibus Papæ referuatis, *cap. Prædicto, Ad eminentiam*, nisi fuerit excommunicatio ita Papæ referuata, vt in ipsa Constitutione expresse dicatur, vt à nullo alio, nisi a Papa, possit absolui. *Clem. Grauis, de sent. excomm.*

Septimo queritur, Quid possit Legatus circa Indulgentias, hoc est, coadonationes peccatorum extra Sacramentum? Respondeo, posse Legatum eas concedere, quia est Ordinarius in Prouincia sibi delegata. *Speculator tit. de offic. Lega. §. Superest.*

Quid si Legatus non sit Presbyter? Nihilominus tamen potest concedere indulgentias, quia est actus iurisdictionis, non Ordinis, vt habet communis opinio. *Calderin. in cap. Accedentibus, de Priuileg. Abbas in cap. Cum olim, De Maior. & obed. & c. Nostro, de penit. & remiss.*

Si roges, Quanti temporis indulgentias conferre queat Legatus? *Speculator loco citato, vers. sed nunquid iure Legationis, & Calder. in cap. Postulasti, de penit. & remiss.* dicunt: Decedere Legatum, vt non excedat numerum 40. dierum, quia is numerus taxatus est in Concilio, *cap. Cum ex eo, de penit. & remiss. & cap. ult. eod. tit. in sexto*, vbi præcipitur ne alius, quam Papa, conferat indulgentias plurium dierum, quam quadraginta.

Quidquid sit de iure, consuetudine est receptum, vt Cardinales possint concedere Indulgentias 100. dierum teste *Gambaro de offic. Lega. lib. 8. tit. Quid possit Legatus circa indulgentias. num. 8.*

Legatione finita, durant indulgentiæ auctoritate Legati concessæ, vt ait *Gambarus loco citato, num. 20.*

Quid si Legatus indulgentias daret vitia numerum taxatum; Valeret ne in eo numero, in quo posset concedere? *Valerent. Glossa in cap. ult. de penit. & remiss.*

Nono queritur, Quid possit Legatus, vel Episcopus in vltimis testatorum voluntatibus mutandis? Respondeo, certi iuris esse nec Episcopum, nec Legatum vltimam habere potestatem immutandi vltimas voluntates, quando potest impleri id quod testator sua vltima voluntate constituit, hoc enim solius est Principis, vt habetur in *Clem. Quia contingit, de Religio. domi.*

At vero quando id, quod per testatorem statutum est, ad effectum deduci non potest, tunc non solum per Legatum, sed etiam per Episcopum mutari potest, ne legatum eadem remaneat. *l. legatum. ff. de vlt. test. lega. & in Bar. rol. v. g. Titius centum legauit pro ædificando Monasterio, in certo loco, vbi ædificari reuera non potest, vnde Episcopi auctoritate, & non solum Legati, potest in alio loco ædificari. Abb. in cap. Nos quidem, & cap. Tua nobis, de testam. Ioan. Liguani. in Clem. citata, Quia contingit, Alex. consil. 73. vol. 7. Gambaro de offic. Lega. lib. 9. ad fin.*

Decimo queritur, Quo modo legatio finiatur? Respondeo, eam finiri quatuor modis. Primo lapsu temporis, quando datus est Legatus ad certum tempus spatium. Secundo morte ipsius Legati. Tertio, quando Papa Legatum reuocat. Quarto, quando Legatus prouinciam sibi demandatam egreditur animo, & voluntate nunquam redeundi ad legationem: quod locum habet, quando facultatem habet à Papa legationem finiendi à loqui enim non potest legatione abigere. Hos quatuor modos enumerat *Glossa in c. Præsentis, de off. Lega. in sexto.*

Vndecimo queritur, An Papa eo ipso quo creat secundum Legatum in Prouincia, videatur primum? *Glossa in cap. Non autem 7. questio. 1. videtur sentire, non reuocare, & Abbas in cap. Volentes de off. Lega. dicit esse multorum sententiam, non reuocare, quia in eo capite habetur, per aduentum Legati in Prouinciam, auctoritatem Legati nati non desinere. Sic etiam censuit *Speculator tit. de off. Legati. §. Finitur. Dominie, & Franchus in c. Licet. de offic. iudic. ordin. in sexto. & Gambaro de offic. Lega. lib. 9. num. 13. testatur hanc esse communem sententiam. Sed Cald. vt citat *Gambaro, & Andreas Siculus affirmant eo ipso reuocare. Prima opinio tanquam communis est tenenda: nihil enim cum iure pugnat, vt in Prouincia sint duo Iudices ordinarii. l. ff. de offic. Consu. Item sicut primus tutor, non eo ipso reuocatur, quo datur secundus. l. c. de testamentis iure. Sic etiam non censetur sublati primus Legatus, eo ipso, quo secundus instituitur.***

Duodecimo queritur, An si Papa reuocet omnes facultates concessas à suis decessoribus quibusvis Nuntiis Apostolicis, reuocentur facultates Legatis à latere concessæ? Minime. Primo, quia generali Nuntiorum appellatione non intelliguntur Legati à latere, qui habent excellentiorem horis, & auctoritatis gradum.

Decimotertio queritur, An Legato surrolo facto, legatio finiatur? Non finitur, quamuis reuocabitur ob furoris euentum. Episcopo vero in furorem lapsus datur adiutor, *cap. Grandis. De supplen. neg. sig. Prælat. in sexto. Et in l. Qui surrore. ff. de statu homi.* habetur propter furorem nec iurisdictionem, nec dominium amitti.

Decimoquarto queritur, An finiatur officium, & potestas Legati, vacante sede Apostolica. Non finitur quandoque datus est Legatus ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quia Apostolica sedes non moritur. *cap. Legatus, de offic. Legati in sexto. secus esse t, si Legatus crearetur ad beneplacitum Papæ. cap. Si gratiosa, de rescript. in sexto. nam voluntas hominis morte finitur, & desinit.*

Decimoquinto queritur, An excommunicato Legato, qui eius locum tenet, possit causas cognoscere, & tunc dicatur: Non potest, vt colligitur ex *cap. 1. de offic. Vicarii in sexto. & Innocentio in cap. Licet vndique, de off. iud. deleg.*

Decimosexto queritur, An quæ gerit Legatus reuocatur, sed

sed reuocacionem ignorans, valeant? Respondeo, valeat, vt colligitur ex iis, quæ tradunt Ioannes Andr. in Clem. 1. d. 1. in l. Barbatus, vbi. Item quæro aliquis, ff. de offic. Præto.

C A P. XXXIII.

De Priuilegiis quibus Legati gaudent.

**D**e hac re agit Selua de Beneficiis part. 2. quæst. 3. num. 13. vbi primum priuilegium numerat, quod ipsum per legentes in triginta septem pœnas incurrunt, vt colligitur ex cap. Felices. de pœnis in sexto. Et Clem. si suadens. eod. tit.

Secundum Priuilegium: Quando Cardinales sunt Legati, conferre possunt Beneficia, etiam ad Papam deuoluta. Glossa in Extrauagante Ioannis 22. que incipit. Execrabilis, de præb. in verb. sublimitatem.

Tertium Priuilegium: Legati possunt absoluerre eos qui sunt excommunicati, eo quod manus uolentas in Clericum iniecerint. cap. Ad ommentum, de sent. excomm. vt dixi superius.

Quartum Priuilegium: Legati urbem egressi possunt uti insignis Apostolicæ dignitatis, videlicet equo albo, uestibus rubris, freno, calcaribus aureis. Hostien. in c. Antiqua. de Priu.

Quintum Priuilegium: Legati possunt dici Patritii, Glossa in præb. extrauag. Execrabilis, in verb. sublimitatem.

Sextum: Prælati Cardinales censentur pars corporis Papæ more Senatorum. Glossa loco citato.

Septimum Priuilegium: Cum primum creatus est Legatus, censetur solutus omni vinculo patriæ potestatis. Glossa in eod. loco quem retulimus.

Octauum Priuilegium: Cardinali asserenti se esse Legatum Apostolicæ Sedis, creditur abque litteris, de hoc dixi superius.

Nonum Priuilegium: Legato Cardinali creditur abf. que actis in his, quæ coram eo facta sunt. Hæc Priuilegia recenset Glossa in dilla Extrauag. Sed ex his, quæ hæcenus dixi, multa alia Priuilegia Legatis concessa colliguntur.

C A P. XXXIV.

De officio, & Potestate Conseruatoris.

**N**illus est in iure Canonico titulus de Conseruatoris officio, aut potestate, sed de eo agitur cap. 1. 2. & vlt. de offic. iudicis deleg. in sexto.

Primo quæritur, Quisnam appellatione Conseruatoris intelligatur? Conseruator est Iudex à Papa datus ad defendendos aliquos contra manifestas iniurias, iudiciali non utens indagine. c. statumus, de off. iud. deleg. in sexto.

Secundo quæritur, An Conseruator sit Iudex Ordinarius, an delegatus? Archid. & Ioan. Andr. & alii in cap. 1. de offic. iud. deleg. in 6. aiunt esse Iudicem delegatum, vt colligitur ex cap. 1. & vlt. de offic. iud. deleg. in sexto.

Tertio quæritur, Quot sint genera Conseruatorum? Ioan. Andreas cap. 1. citato ponit tria genera, Conseruatorum: Aliqui dicuntur, inquit, contra Latrones. Et prædones: alii contra eos, qui priuilegia quibusdam concessa perfringunt, aut violant: Aliqui dantur contra iniurias, & offensas manifestas. Et in his casibus iudiciali indagine non utuntur, id est, non procedunt quasi dubii de veritate vel iustitia, vt ait Glossa, per iudicialem causæ cognitionem siue examinationem: vt inferius dicam.

Quarto quæritur, Quisnam possit dari, siue constitui Conseruator? Possunt Conseruatores dari episcopi, & eorum superiores, item Abbates: & ii, qui in Cathedralibus, vel Collegiatis ecclesiis habent dignitates, vel personatus: Alii vero iure dari non possunt, cap. vlt. de offic. iud. delegati in sexto. Item non potest quis esse Conseruator sui Conseruatoris, aut sui Domini, in cuius dominio, & potestate est, exceptis Conseruatoribus, qui dantur Regibus vel Principibus cap. vlt. de offic. iud. deleg. in sexto.

Quinto quæritur, Quo differat Conseruator, & Iudex delegatus? Ioannes Andreas in cap. vlt. citato de offic. iud. de-

leg. in sexto, dicit in multis differre, quæ ex illo colligit. Primo, quia Iudex delegatus, potest esse Canonicus ecclesiæ Cathedralis, Conseruator non item. Secundo, quia eius, qui mihi datus est Iudex delegatus, possum esse Iudex delegatus in alia causa saluo iure recusationis; sed eius qui mihi datus est Conseruator, non possum ego esse Conseruator, etiam si apponatur exceptio. Tertio, saluo iure recusationis, cum qui est mihi subditus, possum petere, & impetrare Iudicem delegatum, Conseruatorem non item. Quarto, Iudex delegatus à Principe, causam sibi demandatam, & commissam, potest alteri ex toto, vel ex parte committere. cap. Pastoralis, de offic. iud. deleg. sed Conseruator non potest. Quinto Iudex delegatus etiam si se ingerat in his, quæ non sunt iurisdictionis, non efficitur pœna in prædicto capite constituta, quia hoc non inuenitur expressum in iure, secus est de Conseruatore, His exceptis, inquit Ioannes Andreas, in ceteris Iudex delegatus & Conseruator conueniunt.

Sexto quæritur, Cuius sit Conseruatorem dare? Est inquit Ioannes Andreas in cap. 1. & vlt. de offic. iud. deleg. in 6. Romani Pontificis, non Apostolici Legati, etiam à latere.

Septimo quæritur, Quidnam possit Conseruator ratione officii quo fungitur? Potest cognoscere de iniuriis, & violentis solum manifestis cap. 1. & vlt. de offic. iud. deleg. in sexto. Potro manifesta iniuriæ intelliguntur eæ, quæ ita notoriæ sunt, vt nulla probabili tergiversatione celari queant. cap. Ex parte, de verbor. signif. Vnde de iniuriis dubiis cognoscere nequit: illæ enim sine indagine iudicari non possunt: & Conseruator indagine non utitur. c. 1. de offic. deleg. in sexto. Quid si initio dubiter Conseruator iniuriam sit manifesta, & an ad suam iurisdictionem, & forum spectet? Tunc reuera potest inquirere, vt sciat, an sit notoria iniuria, & an sit suæ iurisdictionis. Quid item, si is, iniuriam intulit, neget eam esse notoriam? Tunc quamuis negatione res videatur fieri dubia. l. 3. C. Quibus ad libertatem proclam. non licet. Potest Conseruator testes, & probationes recipere ad cognoscendum, an iniuria illa sit notoria: sic enim sciet, pertineat nec ne ad suam iurisdictionem, quod quilibet Iudex potest cognoscere. l. 3. ff. de iudic. alioqui enim inutile esset eius officium. cap. super litteris, de rescript. & l. si quis ff. de iud. & si factum notorium inuenit, procedat: sin minus, à procedendo desistet, quia ius non habet defendendi simpliciter iniuriam, sed notoriam duntaxat. Item potest vocare reum, qui si factum confiteatur, tunc Conseruatoris iurisdictioni subicitur: eo vero negante factum, probationes admittere, ad sciendum, sit, nec ne notorium factum.

Quæ res, quid dicendum, si reus confiteatur quidem se fecisse, sed suo iure vsum fuisse? Tunc quidam censent, Conseruatorem non posse contra eum procedere: sed alii probabilius opinantur posse eum testes, & probationes admittere ad cognoscendum, an sit iniuria notoria, vt colligitur ex c. bona, de electio. Alioqui enim facile reus Conseruatoris iudicium effugeret.

Si iterum quæras, An sit Conseruatoris, defendere non solum ab iniuria notoria, quæ est illata, sed etiam ab ea, quæ probabiliter creditur inferenda? vt si quis paratus sit ad inferendam iniuriam his, quibus datus est Conseruator. Potest, inquit, Ioan. Andreas, tunc prohibere ne iniuria inferatur, & potest excommunicare & punire. c. sacris, de sent. excom. Si autem iniuria fuerit illata, potest per censuras ecclesiasticas compellere reum ad satisfactionem idoneam exhibendam.

Quid si reus factum quidem fateatur, sed neget esse notorium? Potest tunc Conseruator procedere ad sententiam ferendam, quia per confessionem factam a reo in iudicio, delictum notorium est. c. Vstra. & cap. vlt. de Cohabit. Clerico. & mulierum.

Octauo quæritur, Quem modum tenere debeat Conseruator in procedendo? Respondeo in primis: Quamuis iudiciali indagine non utatur, habet tamen in notoriis omnem iurisdictionem, omnia enim, sine quibus

cuius iurisdictione exerceri non potest, intelligantur ei esse concessa. *l. 2. ff. de iurisd. om. iud.* unde potest citare, & punire contumaces *e. de causis de offi. iud. deleg. c. 1. ff. si quis ius dicat.* Quod si delictum est notorium aliis, non vbi, ius habet querendi, & cogendi testes ad dicendum testimonium. *c. 1. c. 2. de testib. cogend. In primis, 2. quæstio. r.* Item, quando notorium est delictum, & nescitur quis illud patrauerit, procedere potest per Inquisitionem generaliter, non specialiter, inquirendo in aliquem. Insuper, si reus, qui fuerit condemnatus, & excommunicatus, comparuerit intra annum, & dixerit se velle satisfacere, potest conferuator cognoscere de gravitate damni illati, vel iniuriæ factæ: Præterea non potest procedere contra aliquos extra civitates, vel dioceses, in quibus non est deputatus Conferuator: nec alibi, quam in civitatibus, vel locis insignibus, vbi possit haberi copia hominum peritorum: nec potest aliquem citare ultra diætam à finibus eius diocesis. *Hac habentur in c. ult. de offi. iud. deleg. in sexto.*

Nono quaeritur, An debeat omnino per seipsam procedere, ita ut suas vices alteri delegare non possit? Non potest alteri suas vices committere exceptis citationibus, & sententiarum denunciationibus, nisi per litteras Pontificias hoc ei fuerit specialiter demandatum: tunc enim poterit committere alicui, dummodo id fiat intra loca, in quibus est Conferuator deputatus, & dummodo committat personis dignitatem, aut Personatum habentibus in ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, *cap. ult. de offi. iud. deleg. in sexto.*

Decimo quaeritur, An Conferuator possit per censuras ecclesiasticas brachium quod dicunt sæculare, hoc est Magistratum civillum officium invocare, & eos cogere ad iustagandum contra prædictas iniurias? Potest. *Ioannes in sum. Confess. lib. 2. tit. 5. q. 154.*

Vndecimo quaeritur, An possit Conferuator recurari? Non potest, quia non cognoscit, ut diximus, nisi de notoriis, in quibus Iudex non recurari. Si roget, An possit ab eo appellari ad Iudicem superiorem? Non potest, quia in notoriis appellatio non admittitur.

Duodecimo quaeritur, Quomodo procedere debeat contra episcopos? *Ca. Quia Pontifici, de offi. iud. deleg. in sexto.* Ratum est, ut Conferuator, vel Iudex delegatus contra episcopos procedens modesta utatur, ut scilicet primo episcopo interdicitur ingressus in ecclesiam, vel sacerdotale officium. Secundo, ut suspendatur ab officio. Tertio, contra eum ecclesiastica censura aggrauetur, nisi forte aliud fieri iusserit nimis contumaciae proceritas, quia scilicet, *ut dicit Glossa,* iniurias, & contumeliosa verba profert in Iudicem episcopus.

Decimotertio quaeritur, Quæ pœna sit constituta in Conferuatores aliter procedentes, quam eorum iurisdictione & officium requirit? Respondeo, in primis iurium esse, & inane, quod fecerunt, *c. ult. de offi. iud. deleg. in 6.* Item, si de aliis, quam manifestis iniuriis, & violentiis scientes cognoscunt, siue ad alia, quæ iudicalem indaginem postulant, suam potestatem, & iurisdictionem extenderint, eo ipso ad annum sunt ab officio suspensi, *ca. ult. iam dicto,* & is qui litigat, & hoc faciendum curat, in sententiam excommunicationis incurrit, à quo absolui non potest, nisi prius ex toto satisfecerit, & impensas legitime, & propter huiusmodi causam factas compensauerit. Si autem alius, quam is, cui est Conferuator datus, hoc fecerit, non incidit in hanc sententiam secundum Geminianum in eo capite, nisi communicet cum litigante, postquam est excommunicatus tunc enim tanquam participans in crimine criminosis, excommunicatione afficeretur. Absolutus vero ab hac excommunicatione episcopus secundum Ioannem Monachum, Archidiaconum, & Ioannem Andream in eo capite, quia Condiditor Canonis eam sibi non referauit.

Decimoquarto quaeritur, Quamdiu duret Conferuatoris officium? Respondeo, durare vsque ad obitum Papæ, qui Conferuatorem dedit, quod atinet ad negotia non excepta, *c. ultim. de offi. deleg. in 6.* nisi aliud exprimeretur in

litteris Pontificis: quod vero spectat ad negotia iam cepta, durat post obitum Papæ: *ut ait Glossa in cap. prædicto.* Negotia vero incepta censentur post citationem vel aliquem alium actum iudicalem inchoatum. Imo, *ut dicit Glossa in cap. cum plures de offi. iud. deleg. in 6.* quando plures sunt Conferuatores dati, de defendendum certum aliquem Prælatum, Monasterium, vel ecclesiam, si vnus illorum negotium incepit, non finit iurisdictionem aliorum morte Papæ, qui Conferuatores deputauit.

## C A P. XXXV.

## Quidam possit Visitator Apostolicus.


Sicut Episcopi, & alii superiores Amittunt, Visitatores creant aliquando qui diocesim, vel Prouinciam visitant. Sic etiam Papa solet nonnunquam visitatorem dare ad Archiepiscopos, vel episcopos visitandos. Quam vero potestatem accipiat Visitator Apostolicus, colligi potest ex litteris Pontificiis, quibus Gregorius XIII. huiusmodi Visitatorem olim instituit: quæ sic habent ad verbum: *Gregorius Papa XIII. Venerabili fratri M. Episcopo A. Sal. & Apostolicam benedictionem.* Si quis Christo Domino nobisque charissimus visitare presentes possessiones, nihil libertati animo fecerimus. Nam quæ aut negligentia, aut hominum malitia corrupta sunt, sanando, & ad pristinam rectitudinem reuertendo, & omnium salutem, & nostro monasterio salutem, huiusmodi autem prelatum cum per nos ipsos nullo modo possumus, sed recordationis Pii Papæ V. prædecessoris nostri vestigia imitantes, per probatos fidei, & charitate viros facere sumus aggressi, & à statu Ecclesiastico nobis immediate subiecto (cum capimus, id quæ non mediocrem fructum attulisse cognouerimus: Plurimum nominis Domini progredientis, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, Te, de cuius prudentia integritate, experientia, & Catholica Religione studio plurimum in Domino confidimus, nostrum, & Apostolicam Sedem Generalem, & specialem Visitatorem, & reformationem, & delegatum in Civitate, & diocesi M. per presentes creatum, constituimus, & deputamus: ac ibi per Apostolicam scriptam mandamus, ut ad dictam civitatem, & diocesim te conferas, ibique auctoritate nostra tam prænominatam Cathedralium, quam eorum, & singulorum Collegialium, & Parochialium, & aliarum quascunque tam curæ, & sine cura Ecclesiarum, & Cappellaniarum, & Beneficentiarum Ecclesiasticarum, etiam ruralium, & aliarum quæcunque quouis nomine nuncupata, aut qualifuerint, etiam ad iterum Patronatus laicorum, cuiuscunque status, & conditionis, & dignitatis sit, Hospitalium, Oratoriarum, Confraternitatum, seu scholarum, & laicorum, & dispersarum, & aliarum quomodolibet exemptarum, & exemptarum, & nobis, & eidem Apostolica sedi immediate subiectas, & subiectas, etiam si nullius diocesis existant etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum loca, & ea quæ propriis districtibus habent, & cetera quacunque, etiam quomodolibet similiter exempta, quatenus à Regularibus non visitantur, atque in his duntaxat, quæ ad curam personarum secularium quomodolibet pertinent animarum: nec non, & quæ Episcopi locorum Ordinarius, tanquam eiusdem Apostolicæ sedis delegatis, de iure, vel ex decretis sacri Generalis Tridentini Concilii, corrigi, & reformare possunt, etiam si earum, vel eorum cura, vel administratio alicui ex fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesie, Cardinalibus, quomodolibet sit commissa: etiam que Capitula, Archidiaconos, Præpositos, Archipresbiteros, vel alias dignitates, etiam maiores, post Pontificalem, vel principales in istis Collegiatis, ac Personarum, & officia obsequentium, Canonicos, Rectores, Portionarios, Presbyteros, Beneficentiarum Ecclesiasticarum, & personarum cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, aut quouis essent nomine, & titulo prædicto, etiam Episcopali, aut Archiepiscopali dignitate præfideant: nec non, & Regularia Monasteria cuiuscunque Ordinis, & qualitate existant, etiam commendata, alicui ex Cardinalibus præfideant, illorumque ecclesiarum, Cappellaniarum, membrorum, atque personarum etiam Regularium Visitatori Capitali Generali non subiecta, vel etiam subiecta, si à suis Superioribus visitari non solent, sed, & quæ à suis Superioribus visitari solent,

quorumlibet sine Ordinum, Regule, vel Congregationum quomodolibet exemptorum, etiam Mendicantium: Et in his duntaxat, quae ad curam animarum secularium personarum pertinent, ut praefatur: carceres quoque, etiam secularium potestatum, ut praefatur: quae ad Sacramentorum administrationem spectant, et ad animarum salutem concernere dignoscuntur. Et in super quascunque alias personas, etiam exemptas, et nobis etiam immediate subiectas, ac privilegiatas, actus non deseruientes, vel infra Ordinum, vel Militiarum praedictarum domos, et septa non manentes, seu etiam Regulares extra Monasteria, siue loca Regularia degentes, et ceteras omnes, quae alias ab ipsis episcopis, locorum Ordinariis, et similiter tanquam Apostolicae sedis delegatis, tam sacrarum Constitutionum, quam decretorum eiusdem Concilii Tridentini vigore visitari, et corrigi possunt, seu debent, per teipsum auctoritate nostra, visitare, et in capite, et in membris reformare, errata corrigere, ac deformata in melius reponere. Et ad debitam normam restituere: errantes, et delinquentes reprobos, inobedientesque, contumaces, et rebelles, quoscunque, iuxta eorum excessus, et secundum Canonicas sanctiones carcerare, punire, castigare, et coercere, debitisque poenis afflicere, et in cunctis, quae ad animarum curam, et morum reformationem spectant, iurisdictionem exercere, ordinationes, et reformationes quascunque ad salubrem eorum directionem, laudabilemque personarum ipsarum disciplinam necessarias, et opportunas facere: necnon illas, et sacros Canones, et memorati Concilii Tridentini decreta, et quascunque Apostolicas Constitutiones observari, et exequi mandare.

In Monialium quoque Monasterijs debitam clausuram, iuxta eorum regularia instituta, et nostras, ac praedictissimum nostrorum Constitutiones omnino servari procurare. In his vero, quae Superioribus Regularibus non insunt, ultra clausuram omnia alia, quae ad earum correctionem, et reformationem videri expedire, statueri, et ordinari. In omnibus autem tam locorum Ordinariis, quam aliis etiam Regularibus Superioribus subiectis Monasterijs, ipsarum Monialium siue fororum numerum, qui ex propriis illorum redditibus, et consuetis elemosinis commode possint sustentari, ubi ex decreto eiusdem Concilii Tridentini haecenus constitutus sit, nimium excessivum, coactus Ordinariis, seu Superioribus praefatis constituere, et praefatur: Contra dictos vero quoscunque, et rebelles, et tibi non parentes, per poenas, et censuras Ecclesiasticas, iuxta Canonicas sanctiones, omni tamen appellacione postposita, compescere, illaque in eos, et eorum quemlibet, servata forma eiusdem Concilii promulgare: ac etiam iteratis vicibus aggravare, interdictionem Ecclesiasticam apponere: ad idque si opus fuerit, auxilium brachii secularis invocare, et eos, qui ad eorum invocationem conuersi fuerint, ab huiusmodi censuris, et poenis, necnon in casibus locorum Ordinariis referentis, et praemissis, in foro conscientiae duntaxat, quascunque personas, iniuncta eis pro modo culpa poenitentia saluati absolvere, et liberare, ac cum eisdem personis visitatis, super irregularitatibus oculis, non tamen ex homicidio voluntario provenientibus, et in aliis casibus, quibus iure communi, vel decretis eiusdem Concilii Tridentini, eisdem Episcopis, locorum Ordinariis, vel etiam tanquam Apostolicae sedis delegatis licet, gratis dispensare: poenitentiam quomodolibet peccati, et confessiones audire, et eis absolutiois beneficium impartiri: verbum Dei proponere, et predicare: Populo, et Clero publice, et privatim solemniter, et Pontificali more, nostro nomine benedicere: indulgentias quoque, et precatorum remissiones per nos in charitate, et dilectione, et largitis publicari mandare. Et quo ad Parochiales, et suos cura Ecclesias, extra civitates, vel oppida insignia existentes, etiam per alias, suo arbitrio deligendas idoneas, et probatas Ecclesiasticas personas, et per se deputandas, illas visitare, et earundem necessitates providere: Quae quidem persona magis ardua tibi referre debebunt: ut dum eodem tempore abs te, et ab alijs ei dem visitationi insisteret, breviori tempore perficiatur, et absoluat: ceteraque omnia, et singula, et praemissa, et circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, gerere, mandare, et exequi libere, et licite possis, et valeas, et Apostolica auctoritate tenore praesentium

plenam, liberam, amplam, et omnimodam facultatem concedimus, et potestatem: Mandantes omnibus, et singulis venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, et iunctis filiis Abbatibus, Capitulis, Conventibus, et Collegijs, necnon illorum Praepositis quomodolibet nuncupatis, Prioribus, Commendatariis, Canonicis, Rectoribus, Beneficiariis, et personis Ecclesiasticis, et Religiosis uniuersis in virtute Sanctae obedientiae praecipimus, te alacri, prompto, et benigno suscipientes affectu, tanquam nostrum, et Sedis Apostolicae Visitatorem, et Reformatorem, et delegatum Generalem, et specialem recipiant, et admittant, et recipi, et admitti faciant: Tibique in praemissis parent, et efficaciter obadiant. Gubernatori vero, Iudicibus, Officialibus, et Magistratibus civitatis, et diocesis praedictorum, quocunque honore praesulgeant, vel nomine nuncupentur, atque Vniuersitatibus, Communitatibus, et alijs quibuscunque ad quos spectat, in virtute eiusdem Sanctae obedientiae praecipimus, ut quoties a te fuerint requisiti, tibi circa praefatorum executionem assistant, omnemque fauorem, opem, et auxilium, etiam brachii secularis prompto, et efficaciter praestent, et exhibeant. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Prouincialibus, et Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Regulariumque, et aliorum locorum praefatorum, et illorum Ordinum, quorumvis Mendicantium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegijs quoque, indulgentijs, exemptionibus, libertatibus, et litteris Apostolicis, tam illis, eorumque Abbatibus, Commendatariis, quam quibusvis alijs Superioribus, et personis, etiam Capitulis eorum, singularibus personis, sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibus, et alijs decretis in genere, vel in specie, etiam iteratis vicibus concessis, et innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorum tenoribus specialiter, et expresse, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, tenores huiusmodi, ac decreta in illis apposta, perinde, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communitatibus, vel diuinitatibus ab eodem sit seculo indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possent per litteras Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, ut si videris aliquas transaciones, dismembraciones, suppressiones, et aliarum Parochialium erectiones faciendas esse iudicaueris, eas in casibus à Iure, et decretis eiusdem Concilii praemissis, accedente Ordinarij consensu facias, et de eis ad nos scribas. Quocunque vero gratiora contra Episcopos, seu Praelatos inuenieris, recipias, et in scriptis una cum eorum probationibus redigas, et ad nos sub tuo sigillo transmittas: ut quod iustitia suadet, mature deliberare possimus: necnon, ut Visitacionem tuam huiusmodi, ac omnia per te, ipsius occasione gerenda, manu Notarij publici à te specialiter, et quem, ut ad hunc effectum creare possis, tibi concedimus facultatem, deputandi dilectum fideliter scribis, et ne cum priuatis publica confundantur dicta, et depositiones testium, per principalem seu informationem, et processum desuper habendos seorsum ab actis, inuentariis, et decretis Visitacionis praefatae, poni, et in libros redigi facere, et peracto negotio ad nos transmittere, et referre curabis, ut Visitacionis tuae legali reddita ratione, nostram, et huius Sanctae sedis benedictionem, et vberiore gratiam percipere merearis. Ne vero boni iurantis os alligetur, decernimus, tibi, ministrisque, et familiaribus, huiusmodi Visitacione durante, ab his, et ad quos spectat, debita, et congrua electus, et expensarum procuratio, exhibeatur, atque de viatico, et equitatis de loco ad locum respectiue prouideatur. Haecenus Gregorij XIII. diploma.

Quares, An visitator Apostolicus iurisdictionem ordinariam accipiat, an delegatam? Videtur accipere ordinariam



nam. Baldus in leg. Quod in rerum. §. Si quis. C. nescit pro patrib. Felinus in consilio 35. num. nono. Si iterum roges, An Visitatoris dati à Rom. Pontifi. officium finiatur morte ipsius Pontificis, à quo missus est ad episcopos, vel Archiepiscopos visitandos? Non finitur, quamdiu episcopus alius electus non fuerit, vel ipse Visitator reuocatus non sit, eo quod ordinariam potestatem habeat, omniaque possit, excepta bonorum immobilium alienatione, quæ viuens Episcopus poterat. Nec potest huiusmodi Visitator ad Episcopatum eligi illius ecclesie, cui datus est Administrator. Pauli. de potesta. Capituli sede vacante. parte prima, questione tertia, numero trigesimo secundo. Glossa in capit. Is cui, de scriptis.

## CAP. XXXVI.

## De Vice Cancellario.

**H**abet Romanus Pontifex in Curia Romana alios quosdam ministros, videlicet Vice Cancellarium, Camerarium, summum Pœnitentiarium, & Vicarium Urbis: quorum opera, & ministerio vitur: de quib. pauca dicam desumpta ex libello Ostauiani Vestrij in Romana Aula actionem, & mores. Vicecancellarij officium nostra etate communi Curialium opinione in Romana Curia primarium est dignitate, auctoritate, & vtilitate.

Primo quaeritur, Quisnam vocetur Cancellarius? Imperatorum Romanorum tempore Cancellarij nomen introductum est, vnde extat Titulus in Codice, de Assessoribus, & Domesticis & Cancellarijs iudicum, & l. Consularios, & l. Nemo. C. eod. tit. Cancellarij ponuntur, quos Accursius recte interpretatur Notarios. Sic etiam Imperatorum tempore inductum est nomen Actuariorum, quorum Imperatores meminere in l. Actuarij, & l. pen. C. de erogat. militaris anno. li. duo decimo. Et l. Actuarius. C. de Numerarijs. Actuarij, & Charularij eod. li. Porro Actuarij erant auctorum Scriptores, siue Custodes, quorum erat ratiocinia pettractare Notarij proprie dicebantur, tempore etiam Imperatorum qui excipientes verba dictantis, per notas, & compendia scribebant, vt significat Paul. in l. Lucius Titius ff. de milita. testamen. Extat Titulus in C. li. 12. de Primicerio, Secundicerio, & Notarijs. vnde Notarij pro Secretarij Principis usurpantur. Lamprid. in Alexandro. eum Notarium, qui falsum in Concilio Imperatorio retulisset, incisus digitorum nervis, vt nonquam posset scribere, deportauit. Spartianus in Didio Iuliano: Ista littera per Notarium prodita, illi puero multum obfuisse dicuntur. Plin. in Epistolis Ad litteras Notarius cum libro, & pugillaribus. Notæ, dicebantur compendia quarundam dictionum. lege. Quoties §. i. v. r. sic. Sed & si quis, ff. de Hereditibus instituen. habetur: Sed & si quis pro centum ducenta per notas scripsit, idem iuris est. & in l. Lucius Titius, ff. de milita. testa. dicitur: Lucius Titius miles Notario suo testamentum scribendum non dictauit: & ante quam litteris perscriberetur, viua defunctus est. Notarij itaq; notis quibusdam, & compendijs dictionum, syllabarum, & litterarum aliquid breuiter perstringere, non omnibus litteris integrum perscribere solebant, Sueton. in Galba, capit. 5.

Scribæ veteribus librarios significabant: postea vero ij dicti sunt, qui rationes publicas scribebant in tabulis, & ob id apparebant singulis Magistratibus. Extat Titulus in Codice. li. 10. de Tabularijs scribis.

Cancellarius igitur erat Scriba: quidam inde ductum nomen putant, quod eius officina esset cellula quædam, in qua scribere consueuisset, cancellis munita. Alij existimant, Cancellarium esse dictum, quod preces supplicisq; libellos, omniaque rescripta, quibus Princeps subscribere nolebat, cancellabat: Id est, lineis cancellatim ductis expungebat, & delebat. Extat Cancellarij nomen vt Vopilco, qui in Catino ait: Praefectum Urbis unum ex Cancellarijs suis fecit. quamuis Hortomannus Iuriconsultus, & Hæreticus, pro cancellarijs legi velit, Ancillarijs, quò no-

mine significantur ministri lenocinij, ac libidinis. Cancellarius vero in Gallia, eo dignitatis euectus est, vt sit instar Praefecti Prætorio, & sit Principis præsentis Vicarius: & eo peregre profecto, Interrex, siue vicem Regis agens. Budens in priorib. ad Pandectas Annotat.

In Curia itaq; Romana Cancellarius erat, cuius opera, & ministerio literæ, diplomata, & rescripta Pontificia expediebantur.

Secundo quaeritur, An in Curia Romana Cancellarius olim fuerit idem, qui Scriuarius? Gomefius in Proemio Regularum Cancellaria dicit: Scriuarium, & Cancellarium fuisse olim etiam diuersos. Scriinia, dicuntur in l. Omnium, C. de testa, capsa, & loculi in quibus Principis acta, quæ ad ius pertinent, asseruantur: eorum genera quatuor numerantur in lege vltima. Codice de Decurionibus, & filijs eorum, & leg. prima, Codice de proximis sacrorum scriuariorum. Scriuim memorie, in quo Annotationes Principum asseruabantur. lege vltima, Codice de diuer. rescrip. Scriuim Epistoliarum, in quo Ciuitatum postulata, & Legationes recondebantur. Scriuim libellorum, qui Principi supplices oblati erant. Scriuim dispositionum, in quo cognitiones, & decreta Principis conseruabantur. Est in Codice li. 12. Titulus de Scriuijs factis. Erant arca, in quibus iura, id est, Annotationes, Pragmaticæ sanctiones, cognitiones, responsa, & rescripta Principis reponerentur, & seruabantur. l. vt. C. de Aqua ductu. li. 12. omnium. C. de Testam. l. 2. C. de Agentibus in reb. li. 12. Scriuarij dicebantur. Equibus etat commissa cura scriuariorum. c. vt. C. de Castri. per. militum li. 12. & l. Scriuarios, & l. nulli. C. de Numerarijs. vt. li. & leg. vt. C. de Apparitoribus. Praefecti pratorij. l. c. Scriuijs Magistri praesidebantur, qui erant alij à scriuarijs. Vnde teste Lampridio Alexander Imperator, Vlpianum Iuriconsultum, Magistrum scriuij fecit.

Nec Principibus tantum, sed & Magistratibus, sui scriuina rij erant. l. vt. C. de Testam. Militis. In Curia Romana puto Scriuarium fuisse eum, qui Scriuij Pontificij curâ habebat, & cuius opera, & ministerio Pontifex Rom. litteras, diplomata, decreta, responsa, & rescripta conscribebat. Vnde leguntur litteræ Stephani II. qui vlti creatus anno Domini 752. & sedit annis 5. teste Onuphrio. In quibus habentur hæc verba: Scriptum per manus Benedicti scriuarij Sanctæ Romanæ Ecclesie in mense Iulio. In dict. 5. in Sacramentali Sede B. Petri Apostoli. Tertio anno Pontificatus. Aliæ itidem litteræ Paschalis I. qui vt ait Onuphrius, electus est, anno salutis 817. & sedit annis 7. In quibus dicitur: Scriptum per manus Theodori scriuarij. S. R. E. Aliæ Sergij I. V. Scriptum per manus Benedicti notarij. Regionarij, & Scriuarij Sanctæ Romanæ Ecclesie: fuit hic Pontifex factus Virginei partus 1009. & praefuit Ecclesie annis 2. Onuphrius. Aliæ Martini II. Scriptum per manus Adriani Scriuarij S. Romanæ Ecclesie: creatus est Pontifex anno Domini 942. sedit annis 2. Exithmar Gomezius loco citato. Scriuarium in prædictis litteris Pontificijs non fuisse Cancellarium S. R. E. sed vnum ex notarijs, quorum opera, & diligentia Curia Romana utebatur in scribendis rebus serinio dignis.

Meo iudicio, Scriuarius erat idem, qui Cancellarius. Et sicut Cancellarius fuit Cancellariæ Praepositus, sic scriuarius fuit Praefectus serinio. Ac quemadmodum scriuarij nomen in vsu esse desijt introducto nomine Cancellarij, ita etiam nomen Cancellariæ cepit esse in vsu abolito serinij nomine.

Tertio quaeritur, Cur in Curia Romana, dictus sit Vice cancellarius non Cancellarius, is Cardinalis, qui est cancellariæ Apostolicæ praefectus? Cardinalis, & alij in Clie Romanæ, de electio] huius rei tres causas assignant. Prima est; quod olim dicebatur Cancellarius: sed quia pluris iuris, & potestatis sibi arrogabat, quam par esset, & cum Romano Pontifice de certo honoris gradu contendere cepit, dictus est Vicecancellarius, non Cancellarius. Secundo dicunt S. Laurentium Martyrem fuisse primum S. R. E. Cancellarium, & vt debitis illi honor deferretur qui postea in officio Cancellarij successerunt, dicti



sunt Vicecancellarij, hoc est, qui vices S. Laurentij agerent, eius munere, & officio fungentes. Tertio, aiunt Papam esse reuera Cancellarium Dei, vt pote eius Vicarium in terris, & ideo nominatus est Vicecancellarius Cardinalis, qui Cancellariæ præfatur, eo quod vices agat Cancellarij Dei, hoc est, Papæ; qui est Dei Vicarius: *scilicet Gomez. loc. sup. dicto.* Sed hæc omnia nullius probati Auctoris testimonio comprobantur: & ideo merito reijciuntur, tanquam nulla auctoritate suffulta.

Dicendum est, quod recte annotauit Onuphrius in *Catalogo Romanorum Pontificum*, ante Alexandrum III. reuera dicebatur Cancellarius Cardinalis, qui Cancellarij munere & officioungebatur, & tempore Gregorij VIII. Moyles quidam Lateranen. Canonicus Regularis S. R. E. Sobiadiconus ad Cancellarij munus officium assumptus est, eo quod Albertus Cardinalis S. Rom. Ecclesiæ, & Cancellarius fuerat in Papam electus, & dictus Gregorius VIII. Cum autem Moyles Cardinalis non esset, non Cancellarius, vt Cardinales sese appellare consueuerant, sed Cancellarij vicem agens, dictus est, & reuera Cancellarij munere, & officio functus est sub Gregorio VIII. & Clemente III. Romanis Pontificibus, & qui postea ei in officio successerunt. Vicem Cancellarij agentes, appellabantur, non Cancellarij, nec enim Cardinales erant. Honorij III. tempore Reynerius Tuderinæ diocesis Vmber, & Canonicus Regularis, & Prior S. Fudiani in diocesi Lucens, fuit primus, qui commodiore vocabulo Procancellarij vicem agente Vicecancellarius vocari cepit. Unde qui postea in eo officio successerunt, Vicecancellarij nominati sunt, etiam si multi eorum Cardinales essent. Hinc igitur Vicecancellarij nomen in vsu retentum est, quia Reynerius ille, & multi post eum, cum Cardinales non essent, non Cancellarij nominabantur, vt antea Cardinales, qui id officij gerebant, sese appellabant, sed Vicecancellarij: quod nomen retinuerunt postea etiam Cardinales, qui tali officio præficebantur.

Quarto quaeritur, An Vicecancellarius, siue Cancellarius olim fuerit idem, qui Bibliothecarius S. R. E. Gomez loco supra citato affirmat, Bibliothecarium fuisse diuersum à Vicecancellario; quia Bibliothecarius præfectus erat Bibliothecæ Papæ, Bibliotheca vero erat locus, in quo libri Pontificij asseruabantur. At Onuphrius Panuinus in *Catalogo Rom. Pontificum* pro eodem ponit Cancellarium, & Bibliothecarium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et certe extat Constitutio Paschalis II. in qua confirmat institutum Ordinem S. Ioan. Hierosolymitani, vbi post subscriptiones Cardinalium habetur: *Datum Beneuenti per manus Ioannis Romana Ecclesiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij, Kal. Martij Indiæ. 6. Anno 14. ipsius Pontificis Paschalis II. 5. anno Dom. 1113.*

Quinto quaeritur, Quotnam sit munus Vicecancellarij? Respondeo, Vicecancellarium esse Præpositum Cancellariæ Apostolicæ. Porro mentio fit Apostolicæ Cancellariæ in *c. Ad hæc de rescrip.* eaque constitutio est Lucij III. *scilicet Onuphrius*, electus est Pontifex an. Domini 1182. & in *c. Dura de crimine falsi, & in cap. Porrecta, de confirm. vt voluit.* quæ duo Const. sunt Innoc. 3. vt ait Onuphrius, fuit creatus Pontifex an. salur. 1198. Vicecancellarij etiam est, præesse expeditioni literarum, & diplomatum Pontificiorum, quæ de rebus Ecclesiasticis expediuntur.

Habet autem Cancellaria Apostolica, *ex Oñ. Vestro lib. 1. c. 4. n. 1. 3. & 4.* multos ministros, quorum opera, industria, & diligentia vitur in Pontificiis literis expediendis, qui vulgo dicuntur Abbreviatores, Scriptores, Correctores, Sollicitatores, Plumbatores, Registratores: nam literæ Cancellariæ, sub plumbo expediti solent.

Habet etiam Cancellaria Apostolica Regentem, *ex eodem Vestro lib. 1. c. 4. n. 6.* cuius est inspicere, an literæ sint correctæ, recognitæ, & iudicatæ. Est etiam in Cancellaria Apost. Auditor contradictorum, cuius officium est, *ex eod. Vestro lib. 1. cap. 5.* audire, si inter impetrantes literas conuersa sit de persona iudicis, de loco agendi iudicii, aliave re,

quæ ad impetrationem spectet. Is enim huiusmodi contradictiones solet audire, cognoscere, & iudicare.

Sexto quaeritur, An Vicecancellarij officium Roman. Pontif. morte finitur? Non finitur, vt constat ex *Clemente Romani de Elect. vt ibi docent Cardinalis Bonifacius, Vitalis. & alij.*

## CAP. XXXVII.

### De Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario.

Est in Curia Roman. Audientia Camera Apost. Videatur esse dicta Camera Apostol. quod in ea Rom. Pontif. audire olim, & tractare consueuisset causas, quas facilius ageret, & expediret, sex Prælatos domesticos sibi ascieuit, qui propterea Camera Apost. Clerici sunt vocati, quasi ad Camera ipsius Pontificis sorte electi. Erant hi eiusdem Rom. Pont. domestici Consiliarij, quorum prudentia, & consilio, & opera utebatur in cognoscendis, & tractandis causis, quæ ad gubernationem Urbis, & totius temporalis Ecclesiasticæ ditionis, & præsertim, quæ ad rationes vniuersi ærarij Pontificij pertinebant. Nunc vero Camera Apostolicæ præest Cardinalis, qui Camerarius dicitur, qui que septem Prælatorum consilio, iudicio, & opera vitur. Et quamuis Gomezius in *Præmio Regularum Cancellariæ* dicere videatur, Camerarium Vicecancellario olim anteferi solitum; nihilominus Vicecancellario primus post Pontificem in vrbe locus datur, Camerario vero secundus: cuius magna est potestas: hic enim de regimine Urbis curam habet, hic Ecclesiæ patrimonio, fisco, & ærario præest. *cap. Ad audientiam, de Præscript. & Cle. ne Romani, de elect.* De cuius potestate & dignitate Cardinalis, & Bonifacius Vital. in *Cle. ne Romani, citata. post Glossum*, aliqua prodiderunt. Testantur Camerarij esse, Ecclesiæ redditus pauperibus erogare, quod S. Laurent. fecisse legitur. Camerarij officium, non desinit Romani Pontificis morte. *Cle. citata, ne Romani, ne Ecclesiæ redditus negligenterur, & ne Urbis regimen damni aliquid sede vacante pateretur.*

Post Camerarium in audientia Camerali *ex Vestro li. 2. cap. 3.* primus est ratione nominis, & officij, qui ærario Ecclesiæ præest, qui ideo Thesaurarius vocatur, eo quod apud ipsum res omne, siue pecunia ad Camera Apostolicam pertinens reponatur & asseruetur: eius igitur officium est, pecuniam Camera Apostolicæ recipere, custodire, & vbi, & quando opus est erogare. At consueuit mercator aliquis insignis deputari, qui Thesaurarii mandato pecunias Camera Apostolicæ recipiat, & soluat.

Secundus ratione officij est, Auditor Camera Apostolicæ. Hic inter alia gladium habet spiritualem: censuras enim Ecclesiasticas fert in contumaces, & rebelles, eo quod non pareant Camera Apostolicæ sententijs.

Est etiam, qui Præsidens Camera Apostolicæ vocatur, cuius est rationibus vniuersi ærarij præesse, & videre rationes cuiusque, qui prouentus Camera Apostolicæ in Vrbe, vel Prouincijs administrat: instar Quaestoris Urbani officium habet.

Est itidem in Audientia Camera Apostolicæ Aduocatus pauperum, cuius est priuatorum hominum, præsertim pauperum partes, & causam, siue ius apud Clericos, & Iudices Camera Apostolicæ contra fiscales Aduocatos tueri, & defendere.

Est insuper Aduocatus fiscalis, qui partes, & iura fisci Apostolici tueri solet, tum in ipsa audientia Camera Apostolicæ, tum etiam extra apud alios Romanæ Curie Iudices; apud quos, vbi opus est, pro causa, ac iure Apostolici fisci respondet.

Est præterea, Procurator fisci Apostolici, cuius est fiscales causas agere, & tueri in ipsa Camerali audientia, & apud alios Romanæ Curie Iudices: fiscales vero causæ sunt, quandocunq; de publica pecunia, vel vindicta tractatur.

Ex Vestro  
li. 2.  
cap. 1.  
2.

Ex Vestro  
li. 2.  
cap. 4.

Est quoque Camera Apostolica alius minister, videlicet Gubernator Urbis, & sicut Auditor Camera Apostolica habet gladium & potestatem spiritualem, sic Gubernator Urbis habet gladium temporalem unde excommunicare, & alias censuras Ecclesiasticas ferre non potest, vt ferre potest Camera Apostolica Auditor, sed in fontes animaduertit pœnis temporarijs, & corporalibus: iurisdictionem habet in Vrbe, & extra Urbem ad quadragessim lapidem. Causas cognoscit, aut iudicat secundum statuta Urbis, & Iuris communis, vbi statuta desunt, & in omnibus inter ipsum, & Senatorem Urbis, locus est præuentioni.

Quasi Vicecamerarius præest omnibus, quiuis dicunt in Vrbe, & Curie & Ciuitatis Romanæ pacem & quietem tueri, & conseruare debet. Habet in audientia sua ad expedienda commodius forensia negotia, duos Vicarios, vnum in publicis iudicijs, alterum, qui præest priuatis iudicijs.

Est etiam Commissarius Camera Apostolica, qui post Procuratorem Fiscalem, in audientia Camerali sedet: hic eiusdem Camera negotia, quæ ad iudicia non attinent, agere, tractare, & exequi solet: præest exactoribus, publicisque functionibus, & vectigalibus, annonæ & pecuniæ cudendæ.

Vltimus, in audientia Camerali est Clericus facti Senatus, cuius est in Camera Apostolica iura, & prouentus Cardinalibus designare, & alia, si quæ tractantur ad Cardinales pertineant, tueri, & defendere.

### CAP. XXXVIII.

#### De Summo Pœnitentiaro.

**H**abet Romanus Pontifex, tanquam Christi Vicarius in terris, summam in Ecclesiam Catholicam potestatem, qua potest ligare, & absoluerè. Vnde vt facilius, & commodius hoc expediat, huiusmodi potestatem committit vni ex Cardinalibus, & is vocatur summus Pœnitentiarius, qui vitur opera aliorum Pœnitentiariorum Minorum, quorum est pœnitentium confessiones audire, & eos à censuris Ecclesiasticis, & pœnis, & delictis absoluerè, iuxta delegatam sibi à summo Pœnitentiaro facultatem.

Nec Summi Pœnitentiarij, nec Minorum Pœnitentiariorum officium in finitur Romani Pontificis obitu, *Clemente Romani, de Elect.* ne sede Romana vacante deessent, qui Pœnitentium confessiones audirent, & à censuris, pœnis, & peccatis absoluerent.

Porro habet summus Pontifex Pœnitentiaros Minores in tribus Urbis templis: videlicet in æde S. Petri, in æde S. Iohannis Lateranensis, & in æde S. Mariæ Maioris.

### CAP. XXXIX.

#### De Vicario Urbis.

**P**ontifex Romanus, tanquam Urbis Episcopus, Populo, & diocesi suæ Vicarium dat. Is vnus est ex Cardinalibus, & iurisdictionem suam habet in Vrbe, & extra eam in diocesi Romana, vsque ad quadragessim lapidem. lege iurisdictionis, Canonica ei debetur obedientia, Item ei Clerici subijciuntur, & Laici in his omnibus criminibus, & causis, quæ ad forum Ecclesiasticum spectant: pœnitentibus pœnitentiæ signum imponit: Sacramenta conferendi ius habet: lege vero diocesana, nisi aliud Curie vsus habeat, vel Pontifex iubeat, potest Synodum conuocare, Ecclesias, ac Monasteria regularia, nisi iure speciali sint exempta visitare: multa itidem potest speciali Roman. Pontificis indulto, quo videlicet, eius iurisdictione extenditur ad omnes laicos, & externos, qui dicuntur forenses: quique ratione alicuius in iurisdictione, siue confraternitatis, vt vocant, vel habitacionis, vel ministerij in

Hospitalibus, Monasterijs, & alijs locis ob communem pietatem extructis curam habent: nec non ad ægros omnes Urbis, viduas, & pupillos, ac alios, quæ miserabiles personæ in iure dicuntur: extenditur itidem eius iurisdictione eodem indulto, ad causas, in quibus non de proprietate rei, sed locacionibus, euacuationibus, pensionibus ipsarum locacionum, reipositionibus, deuolutionibus Casalium, vt dicunt, prædiorum domorum, vinearum, & incedum agitur. Solent itidem ei demandari omnia Pontificalia, quæ Ordinarij locorum in suis diocesis exercere, videlicet ius consecrandi, & dicandi Deo profana loca, & polluta reconciliandi, promouendi ad omnes Ecclesiasticos ordines, etiam, per alium Episcopum ipsius nutu eligendum, temporibus tamen à iure indictis: & puniendi omnes extra Clerum, ratione criminis ad forum Ecclesiasticum pertinentis, vt pote blasphemie, vlturæ peritij, incesti, sacrilegij, & similibus: nec non de pecuniarijs pœnis, quæ in sua Curia reis infliguntur, arbitrio suo statuendi, in vsus tamen sequentes, videlicet, vt officium Vicariatus vasis, vestibus, tunicellis, planetis, & alijs ad ministerium dicti officij necessarijs, instruat, & ornent: & vt notarijs, & alijs ministris dignam mercedem reddat. Habet quoque ius, cum alijs Visitationibus visitandi carceres, & pro liberandis, vel retinendis in carcere reis suffragium, & sententiam ferendi. Quod si coram eo de crimine agatur, & pœna corporis sit infligenda, tunc veluti iudex Ecclesiasticus, reos ad Gubernatorem Urbis, vel alios seculares iudices remittit.

Procedit autem formula summaria & Regia præuia verbali petitione vel monitorio, sola facti veritate inspecta, absque vllaterminorum substantialium obseruatione, & Registri confectione. In his omnibus causis forensibus expediendis, habet tres notarios publico iudicio deputatos: duos itidem substitutos, qui non Vicarij, sed Vicem gerentis nomen habent, vnum qui priuatis, & ciuilibus iudicijs præest: alterum, qui publicis, & criminibus.

### CAP. XL.

#### De Senatore Urbis.

**E**st etiam in Vrbe Iudex, qui Senator Urbis dicitur: hunc, tanquam Prætorum Urbanum Romanis Ciuibus summus Pontifex dat. Is in Capitolio suum tribunal, & audientiam habet. Romanis Ciuibus ordinaria potestate ius dicit. Tres habet substitutos: quod si ab altero appellatur, Iudex adest Capitolinus, qui omnium appellationum Ordinarius est, à cuius sententia, si cum priori concordet, lege municipali prohibente non appellatur. Sunt quoque eorundem Sedes, vbi singula Artificum sodalitia, quæ in tabella sub porticu parietis affixa legere licet, suos sibi eligunt Consules artifices, qui sodalibus suæ artis quasi summarie, & de plano ius dicunt, à quorum sententijs grauati, appellant ad Conseruatores Urbis ibidem residentes.

Olim à tempore Innocentij II. vsque ad Clementem III. perpetua per annos plus minus quinquaginta inter populum Rom. & summum Pontificem discordia fuit. Populus summa ope contendebat nouam in Vrbe gubernationem inducere, veterem mutata. Vnde summo Pontifice ab Urbis administratione submoto, Senatores præter eius voluntatem creantur, qui vna cum Patrieio omnibus præfecto Reipublicæ præessent & ciuitatem ipsam gubernarent. Hæc res grauiter afflixit Pontifices Romanos Innocentium II. Cælestinum Secundum, Lucium II. Eugenium III. Anastasium IV. Hadrianum IV. Alexandram III. Lucium III. Urbanum III. Gregorium VIII. Post hunc creatus est Pontifex Clem. II. qui cum patria Romanus esset, pacem cum ipsis Romanis composuit: Cuius pacis hæc conditiones fuerunt.

Prima, vt Urbis in Romani Pontificis potestate esset.

Secun-

Secunda, vt abrogato Patritio Praefectus restitueretur: Tertia, vt Senatores annui ex Pontificis auctoritate crearentur: qui in Pontificis verba iurarent, & Sacramento fidei dem, pacem, si opus esset subsidium Ecclesiae Romanae mitterent. Quarta, vt Populus Romanus Basilicam Vaticanam, & reddidit S. Petri, quos bello durante occupauerant, libere & integre restituerent: Quinta, vt vestigalia, & reddidit publici in potestate Pontificis essent, ea lege, vt tertia pars in populi vsu cederet. Sexta, vt Romanae Ecclesiae & summi Pontificis maiestatem, honorem, & potestatem, Senatus, Populusque Rom. coletet, & tueretur. Septima, vt Rom. Pont. Senatoribus, Iudicibus, Aduocatis, Seriniarijs, & Senatus ministris consuetas largitiones & donatiua, quae Presbyteria vocantur, & tueretur. Octaua, vt idem Pontifex certam annuam pensionem pro muris Urbis restituendis perfolueret. Nona, vt Tusculum solo aequari Pontifex permitteret, & intra certum tempus populum Romanum, ad eam expeditionem iuaret: ea tamen lege, vt eo diruto ager, & homines in potestate Ecclesiae Romanae essent. Has conditiones Pontifex, & Populus Rom. iurauerunt. Postea diuturna quies, & tranquilla Ecclesiae tempora consecuta sunt. Continentur huiusmodi conditiones apud Cincium Camerarium in libro *Censuum S. R. E.* ex quo accepit Ciaconius in vita Clementis III. Meminit praedictae discordiae inter Populum, & Pontificem Roman. Ocho Frisingensis Episcopus libro septimo, *Historia, & libro primo, de Gestis Arnobardi Imperatoris*, & Abbas Vitergenfis, & Scriptor incerti nominis *Vitarum Pontificiarum Bibliotheca Palatina*, ex quibus sumptere Onuphrius, & Ciaconius.

## CAP. XLI.

## De Rotae Auditoribus.

Ex vniuerso Christianorum orbe ad Pontificem litigatores causas de beneficijs Ecclesiasticis, & alijs rebus deferre solent, has causas expedire consuevit Pontifex per viros vtriusque iuris peritos: qui quoniam in Cappella Pontificia Papae assistebant, Cappellani summi Pontificis olim dicebantur, & Auditores facti Patritij: hodie Auditores Rotae dicuntur, quod in orbem sedentes, controuersias & causas examinant. In hoc Auditorio cuncta iuxta doctrinam, prudentiam, & aequitatem, & iustitiam, & integritatem definiuntur. Sunt Auditores duodecim: ad hunc enim numerum eos Sixtus IV. reduxit.

## CAP. XLII.

## De Aduocatis Consistorialibus.

In electionibus Episcoporum, quae in Consistorio fieri solent, plerumque apparent aliqua, quae opponi & obijci solent, ne Episcopi electio, institutio, vel confirmatio fiat. Quapropter ne vnicuique passim liceret hoc munus apud sacrum Cardinalium Senatum obire, Pontifices Romani constituerunt decem viros, qui essent egregij iuris consulti, qui que non nisi solemniter eorum publico periculo intra hunc ordinem admitterentur: hi vocantur Aduocati Consistoriales: quorum est aliquid opponere & obijcere seruato iuris ordine, antequam Episcopi eligantur, instituantur, vel confirmantur.

## CAP. XLIII.

## Quaedam de Romanis Pontificibus generatim dicuntur.

Primo quaeritur, Quotnam Romani Pontifices post S. Petrum vsque ad Paulum Quintum, qui nunc Eccle-

sia praesidet, continuato ordine successerint? Respondeo, successisse ducentos triginta septem.

Secundo quaeritur, Quotnam ex his martyrij palmam post S. Petrum consecuti fuerint? Respondeo, vt supra duos, & sunt hi, qui sequuntur: Linus, Cletus, Clemeus, Anacletus, Euarius, Alexander, Sixtus, Telephorus, Higinus, Pius, Aniceus, Socher, Eleutherius, Victor, Zepherinus, Callistus, Vibanus, Pontianus, Antherus, Fabianus, Corneus, Lucius, Stephanus, Sixtus II. Felix, Eutychianus, Caius, Marcellinus, Marcellus, qui Petri sedem tenuerunt eo ordine, quo dixi: Et post hos Ioannes Primus, Siluerius, Martinus I. qui diuersis temporibus Ecclesiae Catholicae praesuerunt.

De Dionysio, qui Sixto II. successit dubitatur, An fuerit martyrium passus: Ciaconius de vitis & gestis Pontificum, ceterum Romae naturali morbo decessisse, eo quod diu Pontificatum tenuit, scilicet vndecim annis inter multas & magnas Ecclesiae persecutiones, & verisimile non est, tot annos vixisse, si martyrio coronatus fuit. Item quia nemo eum inter martyres enumerat. Accedit, quod eius obitus contigerit in tranquillo Ecclesiae statu, pace nimium data à Gallieno Imperatore per publica edicta Christianis Insuper liber de Romanis Pontificibus, eum Confessorem nominat. Martyrologium Romanum die 26. Decembris sic habet: *Item Roma via Appia depositio Sancti Dionysii Papae, qui multis pro Ecclesia impensis laboribus, fidei documentis clarus effulsit.* Martinus Polonus dicit: *Et hic martyrio coronatus.* Onuphrius in Chronico ait: *Occisus 7. Kalendis Ianuar. anno ducentesimo sexagesimo nono.*

Tertio quaeritur, Quotnam de Romanis Pontificibus fuerint post Sanctum Petrum, inter sanctos Confessores relati? Respondeo, triginta septem absque vlla controuersia. Sunt hi videlicet qui sequuntur: Eusebius, de quo *Martyrologia, Rom. Beda, Vsuarij, & Adonis die 26. Septembris, Melchisedech, de quo eadem Martyrologia die 10. Decembris, Syluester. Martyrologia eadem die 31. Decembris. Marcus. Eadem Martyrologia die 7. Octobris Iulius. Eadem Martyrologia die 12. Aprilis. Damasus. Eadem Martyrologia die 11. Decembris. Syricus. Beda. 6. Kalend. Decembris. Molan. in Martyr. 18. Nouembris. Anastasius Martyrologia praedicta die 17. Aprilis. Inno. Eadem Martyrologia die 18. Iunii. Zosimus. Martyrologium Beda, & Romanum die 26. Decembris. Bonifacius primus. Martyrologium Romanum die 25. Octobris. Caesarius Primus. Martyrologia Romanum, Beda, Vsuarij, Adonis die 6. Aprilis. Sixtus Tertius. supra dicta Martyrologia die 28. Martij. Leo Primus. eadem Martyrologia in die 11. Aprilis. Hilarius. eadem Martyrologia die 10. Septembris. Simplicius. eadem Martyrolog. die 2. Martij. Felix Tertius. Martyrologium Romanum die 30. Ianuarij. Gelasius Primus. Martyrologium Romanum, Beda, & Vsuarij die 21. Nouemb. Symmachus in Martyrologio Romano Beda, & Vsuarij, die 19. Iulij. Hormisdas Martyrologium Beda, & Romanum die sexta Augusti. Felix Quartus, Martyrologium Romanum die vigesima quarta Februarij.*

Agapetus, Beda in suo Martyrologio 10. Kalend. Maij Rom. Martyrologium die 20. Septembris. Gregorius Magnus. Martyrologia omnia die 12. Martij. Bonifacius IV. Martyrologium Romanum die 15. Maij. Deus dedit, Martyrologium Romanum die 8. Nouembris. Eugenius Primus. Martyrologium Romanum die secunda Iunii. Agatho. Martyrologium Romanum die 10. Ianuarij. Leo II. omnia Martyrologia die 28. Iunii. Benedictus II. Beda, & Romanum Martyrologium in die 7. Maij. Gregorius II. Beda, Ado, & Romanum Martyrologium die 13. Februarij. Gregorius III. de quo omnia Martyrologia, die 28. Nouembris.

Zacharias, de eo Ado, & Romanum Martyrologium die 15. Martij. Leo IV. de eo Martyrologium Romanum die 17. Iulij sic habet: *Roma deposito S. Leonis Papae Quartij. Leo IX. de quo Martyrologium Rom. die 19. Aprilis sic ait: Roma S. Leonis Papae IX. virtutum & miraculorum laude insignis. Gregor. VII. de quo in Martyrologio Romano die 15. Maij sic dicitur:*

tur: *Salerni depositio B. Gregor. Papa VII. Ecclesiastica libertatis propugnatoris, & defensoris accerimus.*

Cælestinus V. de quo in *Martyrologio Romano die 19 Maij* sic est: *Eodem die Sancti Petri de Morono, qui ex Anachoreta summus Pontifex creatus, dictus est Cælestinus Quintus: sed Pontificatu se abdicans, & in solitudine religiosam vitam agens, virtutibus, & miraculis clarus, migravit ad Dominum.*

De Liberio dubitatur, An sit Sanctorum Confessorum numero adscriptus? Ciaconius sic ait: *Objt. Roma 8. Kal. Oct. quo die anniversaria celebritate natalis eius ab Ecclesia recolitur.*

Onuphrius quoque eum ponit inter Sanctos. Certe Ambrosius *lib. 3. de Virginitate*, laudat eum tanquam Sanctum. Sic Basilus *Epist. 74. Hilarius libro aduersus Constantinum Imperatorem. Epiphanius Hæresi 75.*

Diuinae providentiæ fuisse videtur, ut nullus Romanorum Pontificum à Fide Catholica defecerit, cum tamen multi ex quatuor præcipuis Orientis Patriarchis vsque ad annum Domini fere 800. aberrauerint à Fide: nimirum ex Constantinopolitanis Eusebius Ariarius, qui fuit primus Episcopus Beryti: Macedonius Hæresiarca, qui Spiritus sancti Diuinitatem negauit: Nestorius Hæresiarca, qui duas posuit in Christo Domino personas: Demophilus Ariarius, Anchinus, Eudoxius Cilix, Erychius, qui primum carnis Resurrectioem negauit: Sed Gregorij Magni opera respicit, sententia reprobata. Sergius, Pyrrhus, Paulus III. Petrus, Timotheus, omnes Monothelitæ. Ioan. Monothelita, & Iconomachus, Anastasius, Constantinus II. Niceta, Theodorus, omnes Iconomachi. Ex Antiochenis, Paulus Samosatensis Hæresiarca, Eulalius, Euphronius Cæsariensis, Euphronius Cappadox, Placidus, Stephanus Lydes, Leontius Phryx, Eudoxius, Cilix, Metetius, Euzoius, Dorotheus, Euagrius, omnes Ariari, Petrus Gnaphæus, Seuerus Monachus, Anastasius Tertius Iacobita, Macharius Monothelita.

Ex Alexandrinis Eusebius Edessenus, Georgius Cappadox, Lucius, omnes Ariari, Dioscorus Eurychianus, Petrus Mogus, qui fuit Acephalus Hæreticus.

Ex Hierosolymitanis, Hieronnius, Heraclius, Hilarius, Eustachius, omnes Ariari.

Quarto quaeritur, Quotnam ex Monasticis, vel Religiosis Ordinibus fuerint assumpti, & creati Roman. Pontifices: Respondeo, fuisse quinquaginta duos, nimirum hos qui sequuntur: Dionysius Monachus, siue potius anachoreta. Nam eo tempore eremita & anachoretae erant solitariam vitam agentes, potius, quam Monachi in commune habitantes. Trithemius in *lib. de viris illustribus*. Ordinis Sancti Benedicti numerat ex suo Ordine Decem, & octo Roman. Pontifices, qui sunt Gregor. Primus, Bonifacius Quartus, Adeodatus Agatho, Stephan. Tertius, Leo Quartus, Leo Quintus, Siluester Secundus, Stephanus Nonus, Gregorius Septimus, Victor Tertius, Urbanus Secundus, Paschalis Secundus, Gelasius Secundus, Anastasius Quartus, Adrianus Quartus, Clemens Sextus, Urbanus Quintus. Sed certe Trithemius confuse Pontificum numeravit ex Ordine Sancti Benedicti assumptos. Nam Gregorius Septimus, Urbanus Secundus, Paschalis Secundus, Urbanus Quintus fuerunt Cluniacenses Monachi: Anastasius Quartus, & Adrianus Quartus fuerunt Canonici Regulares, non Benedictini Monachi, Gregorius Primus & Agatho quamuis secundum communem Historicorum sententiam fuisse dicantur ex Ordine S. Benedicti, secundum aliorum tamen sententiam fuerunt ex Ordine S. Egidij, qui ante S. Benedictum in provincia Valeria Marforum iuxta Albanum, & Lacum Pucinum Monasterium erexit, & Monachis in eo positus praefuit. Ex Gregorio ipso in *Dialogis li. 4. ca. 15. & 32. & 55. & lib. 1. cap. 4. & Hom. 34. & 40. in Euangelia, & lib. 9. Registri. Ep. 32.* constat, Valentium praefuisse sibi Abbatem in Monasterio in Cluio Seauri. At Monachi Cassinates Lon-

gobardorum impetum & furiam fugientes, in Vibem uenerunt, & apud Lateranensem Basilicam Monasterium sibi datum habuerunt, cui praefuit primus Abbas Valentinianus, deinde Simplicius, post eum Honoratus, in Monasterio vero S. Andree, quod erat Ordinis S. Egidij, primus praefuit Abbas Valentinus, deinde Maximianus, tertio loco Pretiosus, quarto Probus. Omisit vero Trithemius Gregorium II. Zachariam Leonem III. Paschalem I. Gregorium IV. Gregorium VIII. Ioannem IX. qui fuerunt ex Ordine S. Benedicti. Si igitur communem sententiam sequamur, ex familia S. Benedicti fuerunt assumpti ad Rom. Pontificatum decem & octo, nimirum Gregor. I. Bonifacius IV. Adeodatus, Agatho, Stephanus III. Greg. II. Zachar. Paschalis I. Leo IV. Leo V. Siluester II. Stephanus IX. Victor III. Gregor. IV. Clemens VI. Grego. VIII. Io. IX. Gelaf. II.

Ex ordine Canonicorum Regularium fuerunt decem & octo Romani Pont. Leo II. Benedictus II. Sergius I. Benedictus IV. Eugenius I. Sergius II. Benedictus III. Formosus Candus. Stephanus II. Alexander II. Honorius II. Innocentius II. Lucius II. Anastasius IV. Hadr. IV. Alex. III. Inno. III.

Ex Ordine Cluniacensium quatuor fuerunt Pontifices Rom. Gregor. VII. Urbanus II. Paschalis II. Urbanus V.

Ex Ordine Cisterciensium duo, Eugenius III. & Benedictus XII.

Ex familia Dominicana tres, Innocentius V. Benedictus XI. Pius V.

Ex Franciscanorum instituto quatuor, Nicolaus IV. Alexander V. Sixtus IV. & Sixtus V.

Ex Eremita factus est summus Pontifex Petrus cognomento de Morono, qui dictus est Cælestinus V. qui fuit auctor, & partus eorum, qui dicuntur Cælestini, militantes sub Regula Sancti Benedicti.

Fuit quoque primum Eremita, & deinde ad summum Pontificatum euectus Paulus Quartus, institutor, & pater Clericorum, qui dicuntur Theatini. *Platus de Bonifacius Religiosus li. 2. ca. 28.* secutus Auctorem libri, qui dicitur Cathedra Pontificalis, ait fuisse Monachos, Pelagium Primum, & Benedictum Primum. Sit penes ipsum fides: ego alium Auctorem non legi qui id tradiderit.

Gubernata est ecclesia 44. aut 45. annis per Pontifices Monachos sibi continenter succedentes, videlicet Greg. VI. Victor III. Urbanus III. Paschalem II. & Gelafium II.

Quinto quaeritur, Quinam primus à Romanis Pontificibus ceperit nomen mutare? Platina Martinum Polonium secutus, dicit fuisse, Sergium Secundum, qui antea Os porci vocabatur, nomine videlicet indigno Pontificia dignitate & maiestate. Hoc alij negant: quia Anastasius Bibliothecarius dicit eum ante Pontificatum appellatum fuisse Sergium. Adrianus Tertius nomen mutauit: nam antea Agapetus vocabatur.

Stephanus V. post eum, qui antea Basilius nominabatur: at non mutauit nomen qui proxime secuti sunt Pontifices.

Ioannes quoque Duodecimus ante Pontificatum Octauianus nominabatur: qui, ut scribit *Enchir. Bibliothecarius*, Gentili nomine omisso, tanquam parum maiestatem & Religionem Pontificiam decente, se Ioan. vocauit. Verum se quoque videtur, quod ait Ciaconius in Ioan. XII. rem hanc introductam paulatim quasi in legem transiisse: nam cum ex Germania & Gallia aliqui Rom. Pont. crearentur: eo quod Barbaris nominibus appellabantur, videlicet Bruno, Gerebertus, Suidgerus, Popo, Gerebardus, Fredericus, Gerardus, Carolus, Anselmus, Ildebrandus, nomina mutarunt, & vocati sunt Gregorius Quintus, Siluester II. Clemens II. Damafus II. Victor II. Stephanus IX. Nicolaus II. Honorius II. Alexander II. Gregor. X. & ita post eos factum est, quasi lex perpetua. quamuis Adrianus VI. & Marcellus II. sua nomina retinuerint.

Sexto quæritur, Quinam ex nobili genere sint creati summi Pontifices: & contra, Quinam ex humili loco nati, sine ad summum Pontificatum euecti?

Ex nobili familia Romana Comitum, quæ vulgo dicitur de Conti, assumpti sunt ad Pontificatum decem: Sergius Tertius, Ioannes vndecimus, Ioannes Duodecimus, Bonifacius Septimus, Benedictus Octauus, Ioannes Decimus quartus, Benedictus Nonus, Innocentius Tertius, Gregorius Nonus, Alexander Quartus.

Ex familia Romana Sabellorum, duo, Honorius Tertius, & Honorius Quartus. Ex Caietana familia Romana duo, Gelasius II. & Bonifacius VIII. Ex qua familia Cardinalis erat Ioan. Caietanus tempore Urbani II.

Ex familia Romana Vrsinorum vnus Nicolaus III. Ex qua familia Cardinalis erat tempore Eugenij Tertij, Iordanus Vrsinus Romanus.

Ex familia Columnensium, vnus Martinus V. ex hac familia tempore Paschalis II. erat Petrus Columna nobilis Romanus, qui Gabios, Zagarolum, Columen, Castella habebat.

Ex gente Romana Farnesii, vnus Paulus Tertius, ex hac familia Petrus Farnesius, Prudentius, & Ranutus Romanus Pontificibus, Paschali II. Innocentio II. Innocentio III. contra Sedis Apostolicæ hostes studium, & operam præstitērunt.

Ex familia item Romana Cincia, vnus, scilicet Ioannis IX.

Ex familia Genuesi Flisca, duo, Innocent. IV. & Adrianus V.

Ex familia Senensi Piccolominea, duo, Pius II. & Pius III.

Ex familia Saonensi, Roborea dicta vulgo della Ruonera duo, Sixtus IV. & Iulius II.

Ex familia Hispanica Valentina Borgia duo, Calixtus III. Alexander VI.

Ex familia Florentina Medicea, duo, Leo X. Clemens VII. Leo XI. qui anno, quo hæc secunda pars excudebatur, creatus & defunctus est.

Ex familia nobilissima Vicecomitum Mediolanensium vnus Gregorius X.

Ex familia Mediolanensi Medicea, vnus, Pius Quartus.

Ex familia Mediolanensi Cribellorum, vnus, Urbanus Tertius.

Ex familia item Mediolanensi Sfondratorum, vnus, Gregorius XIV.

Contra, ex humili loco nati ad summum Pontificatum eleuati sunt Ioannes Decimus septimus, Cælestinus Secundus, Eugenius Tertius, Adrianus Quartus, Urbanus Quartus, cuius pater fuit tutor veteramentarius: Martinus IV. Nicolaus I. Benedictus XI. Ioannes XXII. qui dicitur habuisse patrem veteramentarium. Adrianus VI. cuius pater texturam pannorum sericorum exercuit. Sixtus V.

Rarum esse videtur, vt bis duo fratres, vnus post alterum fuerint Rom. Pontifices creati, Stephanus II. & post Paulus I. frater eius, & Benedictus VIII. & qui eum secutus est Ioannes XIX. eius frater.

Ex Romanis Pontificibus quatuor aut quinque ad bellum processisse leguntur, Ioannes Decimus, Leo Nonus, Innocentius Secundus, Gregorius Sextus, & Iulius Secundus.

Ioanne X. Petri Sedem tenente Saraceni vicini Urbis loca crebris incursionibus vexabant, quorum crudelitate commorus Ioannes Pontifex consilio communicato cum Ataulpho Beneuenti & Capuæ Principe legatos ad Græcum Imperatorem Constantinum, cuius etiam provincias Apuliam & Calabriam Saraceni inuaserant, & ad Spoletinos, & Camertes misit, & vt secum arma aduersus Barbaros eaperent, inuitat: Prælio cum Saracenis commisso, ita feliciter nostri pugnauerunt, vt ne vnus quidem ex hostibus super fuerit, qui domum acceptæ cladis nun-

ciuu perferret. Contigit hæc victoria Christianorum, mensè Augusto Anno Domini 91, & fama fuit, SS. Apostolos Petrum, & Paulum visos esse à Christianis in eo prælio.

Leo Nonus ad bellum contra Nortmannos Ecclesiæ patrimonium inuadentes processit octauo Calend. Iulias Anno Domini 1053. Prælium est commissum, & primo loco Nortmanni loco nostro cesserunt: sed collectis copijs Pontificium exercitum ex improviso aggressi, ita circum uenerunt, vt Lombardos milites in fugam uerterint: Germanos, ad vnum prope omnes occiderint. Leo Pontifex ex prælio in castrum trepidus se recepit, acriterq; obfessus, tandem reddita Nortmannis, quam ademerat, factorum communiōne, se dedit, & incolomis ab Nunfido Beneuentum honorifice deductus est, & inde Capuam: vnde Pontifex post duodecim dies Romam redijt.

Innocentius II. Rogerio Siciliae Regi bellum intulit, eo quod electiones Episcoporum & Abbatum ad se contra Canones & iura trahebat, & quædam Ecclesiasticæ ditionis loca per vim occupauerat. Comparato igitur Romanorum exercitu Innocentius, Leonis IX exemplum secutus, aduersus illum progressus, eundem exitum habuit, quem Leo IX. Nam primum Rogerium ad S. Germanum obuiam factum Cassinatis Ecclesiæ locis eiecit, & in castrum Gallurij compulsum obsedit. Verum Gulielmo Rogerij filio Tarenti Principe cum firma militum manu superueniente, Pontificius exercitus est prostratus: ipse Innocentius cum Cardinalibus captus est 19. Calend. Augusti anno sal. 1139. Rex vero obsidione liberatus, Pontificem honorifice, vt decuit, Neapolim deduxit. Ibi pacis mentione utrimq; facta, res inter Pontificem & Nortmannos ita composita est. Rogerius Innocentium custodia, Innocentius Rogerium anathemate soluit, eumq; Regem Siciliae, Ducem Apulias, & Calabriae, & Principem Capuæ appellauit, & Beneficiarium, seu Feudatarium Ecclesiæ restitueret, & electiones Episcoporum, & Abbatum liberas secundum Canones, & decreta relinqueret. Anno II. inde Rogerius Innocentium cum honore Beneuentum perduxit, & Pontifex Romam redijt.

De Gregorio VI. Gilbertus historiarum scriptor affirmat, eum bene de Ecclesiæ Dei meritum esse, cum Sedis Apostolicæ dignitatem negligentia priorum Pontificum labefactam sua auctoritate restitueret. Nam breui ditionem Ecclesiæ recuperauit, & latrones circa urbem grassantes, quorum seueritia peregrini Romam religionis causa venientes aut spoliabantur, aut necabantur, è medio sustulit, quos prius execrationibus, & interditiis damnauit, deinde vi & armis perdomuit.

Leo Episcopus Cardinalis Hostiensis, & Monachus Benedictinus in Historia Cassinensi scribit, Gregorium militum exercitum collegisse, & Ecclesiæ bona & iura recuperasse. Sed cum Henrico Cæsare prælio commisso victum fuisset. Addit præterea eum iam mortuum, sepulchrum in Basilica S. Petri Apostoli delegisse. Cumq; nonnulli indignum esse dicerent huiusmodi sepultura, eo quod bellis fuisset implicatus: refert idem Leo Gregorium dixisse, vt saltem cadauer suum pro foribus Basilicæ poneretur, foresq; concluderentur, futurum quod Deus iussisset. Id eum ita factum esse, aperta repentini turbis, vt ostia paruerunt, & inde corpus in templum est illatum. Quare exequiæ sunt ei factæ honorifice. Penes hunc Auctorem sic huius rei fides: Alij enim id non probant, dicentes eum diem suum obiisse in Cluniacensi monasterio.

Iulius II. Pontificatu firmato cum totam Ecclesiasticam ditionem labefactam, & occupatam conspexisset, non ad recuperandum solum, quæ amissa erant, sed etiam amplificanda animam adiecit. Nemo superiorum Pontificum Petri patrimonium maiore animi præstantia defendit, aut latius proferre contendit.

Septimo quæritur, quinam Romani Pontifices Imperatores Romanorum anathemate obstrinxerunt, & qui-

Sigon.  
de Reg.  
gno Ita.  
lia lib.  
8. anno  
1053.

Sigon.  
de Reg.  
Italia.  
lib. 11.  
an. 1139

Sigon.  
de Reg.  
gno Ita.  
lia lib.  
8. anno  
114. 6.  
115.

nam contra eisdem Imperatores Pontificiam potestatem & auctoritatem constanter, intrepide, acriterque defenderint, & Imperatores Regno & Imperio priuauerint?

In primis, Felix, qui in locum Liberij Papæ tanquam Vicarius Urbis electus est, Liberio Pontifice in exilium misso Constantium Imperatorem Arrianum damnavit.

Innocentius Primus anathematis sententiam tulit in Arcadium Imperatorem, & Eudoxam Augustam, eo quod ipsis consentientibus, episcoporum conciliabulum Ioannem Chrysostr. in exilium miserat.

Constantinus Papa Philippici Imperatoris hæretici impietati constanter resistit: Philippicus enim Imperio accepto vi Synodi acta euertere conabatur, & fractam abiectionemque Monothelitarum hæresim excitabat, & nouam etiam hæresim inuicere in ecclesiam conabatur. Nam factas imagines nulla veneratione colendas, & nullo loco ac numero esse habendas dicebat. Vnde picturam vi Concilij à Basilica abradere, & sanctas omnes imagines à templo abolere præcepit. Hac re cognita Constantinus Papa Synodum Romæ conuocauit, & omnium episcoporum consensu debitus cultus sacris imaginibus est restitutus, & Senatus, & populus Romanus auctoritate ipsius Constantini Papæ decreuerunt, ne Philippici Imperatoris hæretici litteræ, aut nunciij reciperentur, & Constantinus ipse præcepit, ne imago eius, vt consueuerat, in templum inferretur, neque nomen in sacrorum solemnibus ederetur.

Gregorius Secundus litteris ad Leonem Tertium Imperatorem Iconomachum missis, eum sæpius admonuit ne sacras imagines euerteret, quod cum Imperator non fecisset, Gregorius illum, & socios, & consilij eius patres, habita episcoporum Synodo anathemate obstrinxit, & vestigalia ad id vsque tempus persolui solita pendere Italianam gentem prohibuit, & Romani omnes ipsius Gregorij auctoritate, sese à Leonis imperio subtraxerunt.

Leo Tertius cum Imperatores Constantinopolitani fuissent Schismatici & Hæretici, imperium contra eos diuisit, Occidentis Imperatore Carolo Magno Francorum Rege delecto, vt haberet ecclesia Romana Patronum, tutorem, & defensorem contra sediciosos, Schismaticos, Hæreticos, & quosuis alios Catholicæ religionis hostes: hoc enim munus & officium Constantinopolitani Imperatores obire & exequi debebant, at id omnino neglexerant, quia vt dixi plerique eorum Schismatici, & Hæretici, & Hæreticorum fautores fuerant.

Adrianus Tertius instantibus Principibus Romanis initio sui Pontificatus, nimirum anno 844. non dubitauit sese Imperatorum potentiam opponere, vnde duo decreta constituit, vnum pro Romanæ ecclesiæ libertate tuenda, alterum pro Romani populi, & Italiæ dignitate & auctoritate.

Primum quidem, ne in cresendo Pontifice, aut consecrando, vlla Imperatoria auctoritas expectaretur, vt antea solebat, vtque libera penitus essent & Cleri, & populi suffragia. Alterum, vt moriente Imperatore Carolo III. cognomento Craſſo, sine filijs, regnum Italiæ Italicis Principibus vna cum titulo imperij traderetur.

Ioannes Pontifex eo nomine XII. cum multa indigna pateretur, ob nimiam potentiam & crudelitatem Berengarij, & Adalberti filij eius, qui tunc in Italia Imperatoriam potestatem exercebant, an. sal. 960. Ioannem Diaconum Cardinalem, & Azonem Scriuarium ad Othonem I. Germanorum Regem, Legatos cum litteris, in Saxoniam misit, dicens, Berengarium & Adalbertum crudeliter ac tyrannice Ecclesiam, & totam Italiam diuexare. Vnde precabatur eum, vt pro Christianæ religionis bono, & totius Italiæ salute, Caroli Magni exemplo, à seua eorum tyrannide Romam & Italiam vindicaret. Id si fecisset se eum Augustalibus insignibus ornaturum, & tanquam summum ecclesiæ propugnatorem, Imperatorem Romanorum creaturum.

Otho Pontifici promisit se Romanum venturum, quod & re ipsa præstitit. Venientem Othonem Romam lætissimis animis & mirabili benigni occurſus spectaculo, Romani exceperunt. Ingressum in Urbem, ad pedes Pontificis se submittentem in Vaticanæ Basilicæ gradibus Ioannes Pontifex amplexus est, & in templum deduxit, & sacris solemnibus ceremoniis celebratis, inuinxit, & Imperiali diademate coronauit 8. Kalend. Ianuarij anno sal. 962. vniuerso populo & Clero certatim faustis vocibus acclamante, [Augusto Imperatori felicitatem, & victoriam.] & ita auctoritate Pontificia Imperium est translatum ad Germanos contra sediciosos & tyrannos Principes in Italia dominantes.

Gregorius VII. Henricum Tertium Imperatorem sæpe monuit, ne episcopatus & Abbatis conferret contra canones & iura: Noluit Henricus parere, sed potius ecclesias simoniae vendebat.

Gregorius conuocata Synodo, cum anathemate percussit Henricus veritus ne Germani episcopi & Principes ab eo, tanquam sacrorum communione priuato delicerent, cepit veniam à Pontifice precari. Gregorius Canusium Mathildis oppidum se receperat, quia intellexerat Henricum insidias ei parare, & poenitentiam simulantem veniam petere. Vnde Gregorius ei veniam denegabat. Tunc Henricus, qui ex Germania in Italiam venerat, ad oppidum Canusium accedens, Pontifice ita iubente, deposito omni regio cultu & ornatu, nudis pedibus lana veste indutus ad oppidi portas appropinquauit & intra primum murorum ambitum ieiunus toto mane per tres dies permanſit quamuis aspera hyems esset, & gelu cuncta rigescerent, veniam continuo petens. Tandem Gregorius veniam concessit, & eum à vinculo excommunicationis absoluit.

Henricus postea Pontifici parere recusauit. Vnde Pontifex eum iterum Sacrorum communione submouit, & tandem vt contumacem, Simoniacum & ecclesiæ iura occupantem omni Regno & Imperio priuauit: præcepitque Germaniæ Principibus, vt Rodolphum Sueuicæ Ducem in Regem Romanorum eligerent, Imperatorem futurum. Illi Pontificis iussu paruerunt.

Alexander Tertius in Federico I. cognomento Aenobarbum anathematis sententiam tulit, eo quod Imperator sui iuris esse dicebat cognoscere & iudicare causam, quæ erat in schismate, alio nimirum contra Alexandrum Tertium electo. Magna tunc erat ecclesiæ perturbatio quamuis Principes, episcopi, ac populi, exceptis Germanis Alexandrum Tertium sequebantur: tandem Pontifex & Imperator conuenerunt, vt tota res Venetijs componeretur, quo nimirum Alexander Tertius sese contulerat. Ibi in Basilica S. Marci Alexandro Tertio Cardinali, & episcopis astantibus sedenti Imperator, solempne & debitum obsequium ad pium pedum osculum inclinatus exhibuit. Et cum Federicus inclinatus ceruice collum pedi Pontificis submisisset, dixit Pontifex: *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, leonem, & draconem concubabis.* Respondit Federicus: *Non tibi, sed Petro obsequium exhibeo.* Subiunxit Pontifex: *Et Petro, & mihi.*

Innocentius Tertius Othonem IV. Imperatorem coronauit: qui ante coronationem iureiurando promisit se ecclesiæ Romanæ iura defensurum, & Prælatorum electiones liberas relicurum, & appellationes ad Sedem Apostolicam fieri permitturum. Sed Otho coronatus contra fas, & sacramenti fidem multa ecclesiæ Romanæ oppida occupauit, & in Regno Neapolitanum exercitum hostiliter mouit, vt illud Federico II. adhuc puero, & sub tutoribus constituto eriperet. Cepitaliquot eius Regni vrbes, & inter eas Capuam. Pontifex crebris litteris, & nuncijs eum admonuit. At cum Imperator ab inceptis desistere recusasset, anathemate obstrictus est, & Imperio spoliatus, & Innocentius Germaniæ proceres monuit, vt nouum Cæsarem deligerent. Illi Pontificis imperata faciunt.

Gregorius IX. Federicum II. primum admonuit, ne ecclesiarum iura sibi vendicaret: vt liberas Episcoporum & Abbatum electiones relinqueret, & quæ Romanæ ditionis oppida, & bona occupauerat, restitueret: nec Clericos indebitis vectigalibus grauarer, & vt censum Ecclesiæ debitum persolueret, & sub anathematis pœna, primo quoque tempore in Syriam, cum exercitu recuperandæ Hierosolymæ causa traiceret. Federicus hæc præstare renuit, & quamuis iurauerat se ea omnia facturum, Sacramenti tamen fidem violauit, Pontifex eum sacris interdixit, & anathemate condemnauit.

Innocentius IV. in Concilio Generali Lugdunensi eundem Federicum II. sacrorum communio, omni regno & imperio priuauit, tanquam periurum, quippe qui læpius pacem quondam inter Ecclesiam, & Imperium temere violasset, & tanquam facriegum, vt qui fecisset capi Cardinales S. Romanæ Ecclesiæ, & aliarum Ecclesiarum Prælatos, & Clericos, Religiosos, & sæculares venientes ad Concilium, quod Gregorius IX. duxerat conuocandum: & tanquam de hæresi non obscuris & leuibus, sed euidentibus, & magnis argumentis suspectum. Item tanquam Siciliæ, quæ est Ecclesiasticæ patrimonij, inuasorem, occupatoremque, vt pote qui eius regni Clericos, & Laicos ita vexasset, vt in seruitutem redeisset, eis pene nihil habentibus, & omnibus fere bonis hominibus inde eiectis, & cæteros qui remanserant, ibidem seruili quasi conditione viuere, & Romanam Ecclesiam, cuius sunt subditi, offendere, & multipliciter ac hostiliter impugrare compulisset. *Hæc in c. Ad Apostolica, De sent. & r. iudic. in i. l. i.*

Ioannes XXII. Ludouicum Bauarum Romanorum Regem, vna cum Federico Austriaco designatum anathematis sententia obstrinxit, & omni iure, si quod habebat Imperij, & Ducatu Bauariæ tanquam Ecclesiæ hostem, hæreticum, & hæreticorum fautorem priuauit. Fuerunt duo Romanorum Reges electi, Ludouicus, & Federicus quibus ad arma concurrentibus, initio in Bauaria atroci prælio, victoriam Ludouicus obtinuit, & aduersarium Federicum captum in custodia tenuit, cum tandem ea lege dimissus, ne ille in Germania, dum viueret ipse Ludouicus, vel in Italia Regni iura, & titulos haberet. Cum autem Ludouicus excommunicatis, & hæreticis, ac schismaticis, & seditiosis hominibus fauisset, Pontifex tres ad eum Legatos destinauit, qui iuberent eum Imperij ditione excedere, nec eius iura vsurpare, aut violare. Eum legitimum esse Imperatorem negantes, quippe qui nihil iuris in Italia haberet, eo quod nondum esset ab Ecclesia in Imperio confirmatus. Ea legatione Ludouicus irritatus, Hæreticis, & excommunicatis Vicecomitibus Mediolanensibus opem & auxilium inuito Pontifice præstitit. Quod ægè ferens Pontifex, Auenione in publico Consistorio 8. Idus Octob. anno partus Virginæ 1313. cum sacris, & piorum communione interdixit: eo quod munus Imperatorium antequam id sibi Ecclesia confirmasset, contra Canones & iura exercuisset, trium mensium spacio ei assignato, quo & imperij iura deponeret, & coram Pontifice adisset causam dicturus, quod Hæreticis Ecclesiæ hostibus fauisset. Ludouicus à Pontifice ad Generale Concilium per Oratores Auenionem missos, prouocauit. Pontifex censuras renouans contra illum Crucem prædicari iussit: magnas Cruces signatis Indulgentias concedens. Ludouicus procerum Germanorum conuentu habito, publice Pontificias censuras neglexit, negans eum esse legitimum Pontificem, ac prouide ad Generale Concilium Romæ celebrandum, & verum Christi Vicarium futurum appellare dicebat. Anno itaque salutis humanæ 1327. cum exercitu in Italiam venit, & Urbem ingressus, Populi præfectum constituit, & concione in Capitolio habita, totius populi suffragijs, Urbis Senator, & Princeps in annum creatus est: & tandem in Basilica Vaticana nouo ritu coronatus est Rex Romanorum à quatuor ciuibus Romanis Laicis, Deinde

anno 1330. fratrem Petrum ex Vico Corbario à gri Reatini ex Ordine Minorum Apostatam, & Schismaticum in Papam elegit, & creauit, & mox hic Antipapa Nicolaus V. vocatus ipsum Ludouicum Bauarum in Imperio confirmauit. Ioannes Vigelinus secundus Antipapam illum, eiusque fautores anathemate damnauit. Cum autem Ludouicus Bauarus in Germaniam redisset, audita morte Federici Cæsaris candidati, Pisis Antipapam reliquit, quem Pisani captum Auenionem ad Ioannem Vigelinum secundum miserunt: postmodum in publico Consistorio inserto in collum laqueo, Petrus Corbarius abiicit, sese ad pedes Pontificis veniam, & vitam ab eo precatus, qui suæ fidei professionem in hunc modum recitauit, vt continetur in Catalogo Romanorum Pontificum, quem, teste Ciaconio, Viennensis Ecclesia conseruat: *Nomine Dei Patris Omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti: quoniam iuxta sapientis doctrinam occultantibus scelera sua, denegatur directio: pure autem consciens, & gra penitus deserenti est misericordia repromissa: in circo Ego frater Petrus de Corbario, de Ordine Fratrum minorum sceleratissimus peccatorum hoc considerans, & attendens, volens, in misericordia veritatis, quam vbique deserui, dirigi: & misericordiam, & gratiam inuenire, quamuis nuper Pisis existens coram Reuerendis Patribus Domino Simone, Archiepiscopo Pisano, & Domino Gulielmo Episcopo Lucensi, & discreto viro Magistro Raymundo Stephani, Clerico Papalis Camera, & Apostolico Nuncio, presentibus multis Prælati alijs, ac Religiosis, & Nobilibus ac populis civitatis Pisana, errores meos, & scelera sponte cum ingentis cordis amaritudine confessus fuerint, & à præfatis Archiepiscopo, & Episcopo, auctoritate Apostolica per litteras Apostolicas patentes eisdem hæc parte concessis, lætè prius confessione mea, & abiuratione errorum meorum, & præfatis iuramento de stando, & parendo mandatis Apostolicis, beneficium absolutionis habuimus ab omnibus sententijs iuris, & hominis: nihilominus tamen adhuc errores meos, & scelera mea in presentia Sanctitatis vestre, Domini Ioannis summa providente clementia, Summi Pontificis vestri, ac vnicuique Domini Iesu Christi in terris Vicarij, & Ecclesiæ sacrosanctæ Catholice, & in presentia vestri Sacri Collegij Dominorum Cardinalium confitutus, intendendo, & volo recognoscere, & abiurare errores meos, & alia facere, quæ vestra Sanctitas duxerit ordinanda. In primis itaque confiteor, & cum ingenti amaritudine animi cognosco, quod cum seductor ille schismaticus & hæreticus manifestus Ludouicus à Bauaria, dudum iure sibi quod sibi quaesitum fuerat, ex electione discordi, de ipso in Regem Romanorum celebrata, iuste priuatus fuisset per Sedem Apostolicam, ac vt hæreticus, ac fautor Hæreticorum notatus, & multis hæresibus & fautoribus Hæreticorum, & schismaticis condemnatus, ad Urbem Romanam imbutus diabolico spiritu peruenisset, Religiosus vir minister Romanae Provinciae, Ordinis Fratrum Minorum, Dominus Ioannes, Dei gratia, S. Theodori Diaconus Cardinalis, Sedis Apostolicæ, & Sanctitatis vestre Legatus, pro maiori obseruatione interdicti, cui iurauerat per vos, Sanctiss. Pater, supposita Urbs prædicta, et ipsam Ludouici aduentu percepto, mibi, & alijs fratribus in eadem Urbe morantibus, sub virtute obedientiæ & excommunicationis penis, quas non parentes ipso facto incurerent, publice iniurixisset, vt dictam Urbem omnes & singuli exiremus: Ego infelix peccator, præceptis huiusmodi non obstantibus, in eadem Urbe presente Domino pessimo Hæretico & Schismatico Ludouico, & assistentibus ei pluribus alijs Schismaticis, & Hæreticis condemnatis, & reprobatis per Sanctitatem Vestram, & Ecclesiam sanctam Dei pertinaciter remanere præsumpsi, & in ea licet esse iuste & sancte per vos Ecclesiastico interdico supposita, celebrant diuina sapies: Immo quantum in me fuit, veritas prophanaui. Deinde cum idem perfidus Ludouicus datus in sen sum reprobum se de facto fecisset in Imperatorem coronari à certis Romanis perfidis, & contra nos, Beatiss. Pater, diaboli- cam, & iniquissimam depositione, imo vero adustione promulgasset sententiam, & processus diuersos, temerarios, falsos, & iniustos, meque ad quorundam infidorum principalium Romanorum, Clericorum, & Laicorum instantiam eius sequen-*

tium,

tium, una cum ceteris de Clero, & Populo possum eius exempli-  
 bus, & fautoribus ad hoc secum vocatis, in Papam, & Sum-  
 mum Pontificem, immo verum Antipapam damnatum, & se-  
 ptem elegit: Ego miser indultus in o seductus, & multo-  
 rum tam Clericorum, quam Laicorum, eius fauorem, & sequa-  
 cium dicta Urbis precibus importunis, & perurgentibus instan-  
 tijs, & insidiosis, & erroneis assentium, quod Papa Impera-  
 torē deponere poterat, & loco depositi alium ordinare, & quod  
 per consequens eidem Hæretico, & Schismatico Ludouico, qui  
 tunc in futurum Imperatorem denique coronari de facto fece-  
 rat, & vos Pater Beatiss. abusue deposuerat, in ea superbissi-  
 ma elatione, more Luciferi, ambitioneque damnabili, nihilomi-  
 nus exerat us huiusmodi electionem tam nefandam quam re-  
 probe, imo malitiose consensum meum contrarium, & omni pœ-  
 na dignissimum non erubui adhibere, a subsequente consecrari:  
 imo exerari ab Hæretico, & Schismatico Iacobo dudum Cestel-  
 lano episcopo, & excommunicato, & deposito, & coronari à di-  
 cto Ludouico de Bawaria Schismatico, & Hæretico me permisi,  
 licet ad eum & si verus Imperator existeret, sicut tenere non e-  
 rat: Egoq. verus essim Papa, sicut in veritate non eram, sed  
 Antipapa potius Schismaticus, hæreticus, & iniquus, ac neque  
 ad me quidquam talis coronatio pertineret. Item quod Cardi-  
 nales, imo verius Anticardinales, & omnes Officiales quos ve-  
 rus Papa esse habere solitus, de facto ordinare presumpsi, in illam-  
 que more Papa, licet essim reprobus & damnatus, fuisse, &  
 habui, ea q. usus fui temere, & vbiq. Et vstatum meum per-  
 uiculisissimum, & Ludouici prædicti damnati, & ob falsas opi-  
 ones Hæretici, & schismatici Michaelis de Cesena dudum Ma-  
 gistri Generalis, Ordinis fratrum Minorum, scilicet quod Chri-  
 sti & eius Apostoli in his qua habuisti dicuntur, non habuerunt  
 nisi tantum usum facti simplicem, possem fortius ac preceptius  
 stabilire, Dei timore postposito extendi ad omnia illicita manus  
 meas processus, & depositionis sententiam, Ludouici prædicti  
 Hæretici manifesti contra vos Sanctissime Pater fulminatam,  
 & suppleve omnem defectum, si quis esset in ipsis, ex certa sci-  
 entia, & de plenitudine potestatis, non solum illos confirmare, &  
 mei scripti communitate patrocini non erubui, sed & denovo se-  
 minare, declarare, publice omnia & singula in dictis processibus  
 promulgata presumpsi.

In quibus quidem processibus Ludouicus prædictus pronun-  
 ciabat fore hæreticum, & scriptura sacra contrarium dicere,  
 quod Christus & Apostoli in his qua habuisti leguntur, habue-  
 runt aliud, quam simplicem usum facti.

Ex qua quidem pronuntiatione euidenter concluditur, ip-  
 sum & me etiam ex confirmatione, pronuntiatione, & predica-  
 tione prædictis in damnatam hæresim post constitutionem ve-  
 ram Apostolicam de fratrum vestrorum consilio promulgatam  
 incidisse, & nihilominus ad diuersos Reges & Principes meus li-  
 teras desinasti, per quas ad eorum notitiam deducebam, quo-  
 modo vos Pater Beatiss. cui multa obiecta hæretica & erronea  
 in eisdem literis imponebam, suggerentibus dictæ hæreticæ se-  
 leratis Ludouico & Michaele, ac iuxta votum suum ordinati-  
 onibus per eundem Ludouicum, ac per me fuerat is depositus, &  
 sententialiter condemnatus, eosdem Reges & Principes exhor-  
 tando nihilominus & rogando, ut vobis tanquam Papa non  
 parerent in aliquo, nec fautores aliquos exhiberent, sed contra  
 vos potius mihi, & dicto Ludouico præberent auxilium, consi-  
 lium, & fauorem.

Nec his contentus, tam in Vrbe, quam in pluribus ciuitati-  
 bus, & locis alijs Clericos, & saculares, & Regulares compu-  
 li, ut non obstantes interdictioni, cui per vos, Sanctiss. Pater evant  
 supposita loca ipsa, in eisdem celebrarent, immo verius quan-  
 tum erat in me, profanarent diuina. Talia quoque in Eccle-  
 sijs posui tam in Vrbe, quam alibi: pro quibus, & alijs, orna-  
 mentis, & nonnullis rebus alijs ipsas spoliasti, Fideles insuper  
 Prælatos, nonnullos Clericos in dignitatibus, & beneficijs alijs  
 Ecclesiasticis constitutos, suis priuasti prælationibus, dignitati-  
 bus, & beneficijs alijs Ecclesiasticis: in illis prescindo, vel hæ-  
 reticos, vel schismaticos, vel eorum fautores, & plerumque non  
 absq. simoniacâ prauitate, quibus in illis scilicet, quorum hæc  
 prælatio requirebat, de facto, cum de iure non possem per me,  
 vel alium munus consecrationis, imo verius execrationis im-

pendi. Contra fratres quoque Minores non parentes Michaeli  
 prædicto tanquam Generali Ministro, qui tunc depositus erat,  
 in se etiam condemnatus de Hæresi, & Schismatico declara-  
 tus: & alius per Generale Capitulum conuocatum in Genera-  
 lem assumptus, & contra seruantes interdictionem per vos, vel Lega-  
 tos, vel Missi vestros alias promulgata, vtriusq. sui inualiditate  
 & temporali potestate, & gladio procedere non timui. Eadem  
 Michaeli & sequacibus suis Hæreticis & Schismaticis imper-  
 tuendo iniuste & temere auxilium, & fauorem. Indulgentias,  
 dispensationes insuper Sedi referuatas Apostolicæ concessi, de  
 facto etiam feci, ut nonnulli, qui pro Pontificibus se gererant,  
 ut sacros ordines celebrarent, in quibus ordinibus preses, ut  
 credo, ad sacros promouerunt temere: cum eis veritate præfata  
 licentia non liceret. De Patrimonio quoque B. Petri in vniuerso  
 loco ad tempus, & interdum in perpetuum disponere non timui.  
 Hac omnia, & plura alia contra Deum, & sanctam Ca-  
 tholicam Ecclesiam, & vos Beatiss. P. verum, & vnicum Iesum  
 Christi Vicarium & cognosco, & confiteor nulla fore, & cassa, &  
 inania vix potest eo cui faciendum non competebat, attentata.  
 Quodque quantum ad me spectare potest, quatenus processibus  
 de facto, reuoco, & nulla fore, & fuisse pronuncio, & declaro.  
 Confiteor insuper, me credere & tenere fidem illam, quam S. R.  
 E. tenet ac vos P. S. tenetis, prædicatis & docetis. Huiusmodi  
 Confessionem Auctori Viennensis Catalogi cum recitasset,  
 addidit quæ sequuntur de suo: Post autem facta confessio-  
 ne prædicta in iudicio, abintrauit omnes & singulos errores &  
 articulos erroneos prædictos expressim & sigillatim. & iura-  
 uit parere mandatis Ecclesiæ, & Domino Papa potius iustitico-  
 dia, & absolute non a vinculis excommunicati attonitum, & re-  
 dintegrari Ecclesiæ unitati, à qua dissociatus fuerat per eun-  
 dem D. Papam absolutus, & redintegratus Ecclesiæ unitati,  
 referuata ordinatione & declaratione penitentis sibi iniungenda  
 pro præmissis, pro quibus & singulis fuerunt ad æternam rei  
 memoriam facta publica instrumenta. Data Auenione 8. Idus  
 Septembris. Pontificatus præfati Domini N. Papa an. 15. Dominica  
 Incarnationis 1330. Quibus prædictis præfatus Petrus fuit de-  
 manter & misericorditer susceptus ad penitentiam, & positus  
 in decenti custodia ad cautelam, ut probaretur, an ambularet  
 in luce, an in tenebris, ibique tractatus fuit ut familiaris, sed  
 custoditus ut hostis. Pontifex eius orationi respondens, nimio  
 gaudio illachrymans, & de terra sublatum osculatus est. Ne ta-  
 men Christiana Respub. turbaretur, sibi in Italiam rediit,  
 cubiculum, libros, custodes, ac Viliam in Palatio Pontificio  
 Auenionensi illi dedit custodiendis mandatis, ne quemquam abo-  
 queretur. Itaque in illo silentio per triennium, & mensis vixit.  
 Quem mortuum Minorum habitu indutum, Auenione ad  
 Minorum Ecclesiam honorifice sepeliri Pontifex fecit.

Octauo quaeritur: Quanto honore Romani Imperatores  
 exceperint: Summos Pontifices accedentes ad se:  
 Saepè contigit, vt Summi Pontifices Romanorum Imperatores  
 Iulius de causis adierint, quos ipsi Imperatores  
 honorifice exceptos multis debitis obsequijs profecti  
 sunt.

In primis teste Anastasio Bibliothecario Iulianus Imperator  
 eo nomine primus cum omni ciuitate Constanti-  
 nopolitana, cum ceteris & ceteris in honorem Aposto-  
 lorum Petri, & Pauli Ioanni Papæ I. obuiam processit ad  
 duodecimum miliarium, cum nullum alium Pontificem  
 vidisset Oriens, & ipse Iulianus Imperator dans hono-  
 rem Deo, humiliavit se pronus in terram, & adorat  
 Beatissimum Ioannem Papam, de cuius manu cum gloria  
 coronatus est Imperator.

Iulianianus est Constantinopolitanus Imperator Con-  
 stantinum Papam venerabundus excepit: Accidente  
 Constantinopolim Constantino, Tyberius Iulianianus fi-  
 lius, & Cyrus Patriarcha cum Patricijs Clericis & ciuibus  
 vniuersis obuiam ad septem millia passuum exierunt &  
 in Urbem equis ornatissimis cum comitatu suo impo-  
 situm, Prouinciam chlamydem demore indutum indu-  
 xerunt, & in ædibus Placidie, vbi paratum erat hospiti-  
 um, collocarunt. Iulianianus de aduentu Pontificis certior  
 factus, litteras ad eum ex Bythinia misit, gratijs



actis rogans, vt Nicomediam accederet: nam se ille quoque processurum promisit: Profectus est ergo Nicomediam Constantinus Papa ingenti honore ab illa quoque ciuitate exceptus. Imperator eam Vrben ingressus ad Pontificem ex composito expectantem accessit: & de more coronatus, ad eius pedes procubuit, & ei osculum dedit.

Stephanus II. in Franciam pergens, ad Pipinum Francorum Regem, continuato itinere ad Monasterium S. Mauritij peruenit, quo Rex etiam se venturum ostendebat. Ibi cum Floradus Abbas, & Rotardus Dux obuiam a Pipino missi honorifice exceperunt, & Regis nomine vt Pontigonem accederet vellet, orantur. Progredienti inde ad Pontigonem Pontifici, Pipinus ad centum millia passuum Carolum filium, qui postea Magni cognomen obtinuit, obuiam cum suis optimatibus misit. Ipse cum vxore ad tertium lapidem sese obtulit, & ad eius conspectum de equo descendens, & se ad tertium inclinans vna cum coniuge, & filijs, & optimatibus suis, ipsum excepit: & cum ad aliquod spatium operam stratoris Pontifici dedisset, cuncto cum canticis & laudibus occurrente populo, in regiam Pontigonis perduxit.

Carolus Magnus vbi venientem ad se, superatis Alpibus, Leonem Tertium cognouit, magno sibi excipendum honore constituit: & ne Pipino Patre in hoc officio, & obsequio inferior videretur, qui Stephanum Pontificem complexus, effusa in omnem honorem magnificentia fuerat, habito conuentu ad Rhenum in loco, qui Lipia dicebatur in castris Pontificis aduentum operiri decreuit. Primum autem Hildimaldum Archiepiscopum & Cappellanum suum, deinde Pipinum filium Regem, qui forte tunc apud ipsum erat, cum honestissimo procerum comitatu obuiam misit: post eum ipse quoque occurrit, & solemniter venerandus excepit. Post oscula & amplexus inuicem datos, Pontifex, *Gloria in excelsis Deo*, decantauit, & reliqua suscipiente Clero, solemnem super altantem populum precationem effudit, & inde ad hospitium sibi paratum, Rege regiaque familia deducente, diuertit.

Ludouico Lotharij Imperatoris filio, Caroli Magni pronepoti, venienti Romam, Sergius II. tria obuiam agmina misit, & ipse in summis Basilicæ Vaticanæ gradibus de mote facto Clero vndiq; circumfuso assedit. Primum vniuersi Iudices cum vexillis ad nouem ferme millia passuum Ludouico occurrerunt: deinde omnes militiae scholæ decoras laudes canentes cum patronis ad primum lapidem: postremo angusta cum signis Cruces ad portam Verbis exiit, Ludouicus, vt postquam factatas Cruces aspexit, protinus ex equo descendit, & populo, iudicibus, & scholis præcedere iussis in Basilicam Vaticanam pedestris accessit, & sui proaui Caroli exemplum imitatus, & per gradus ad Pontificem progressus, osculum sancto eius pede infixit: & dextera eius apprehensa, ad postes ædis argenteos peruenit.

Idem Ludouicus iam Imperator coronatus, cum ex Vrbe profectus Lombardiam versus iter suscepisset, ad eum officij causa Nicolaus I. in castra venit, quod vbi Ludouicus intellexit, obuiam ad aliquantum vitæ spatium processit, & ex equo desiliens frænum equi Pontificij per integrum sagittæ iactum tenuit, & conuiuio sub militati tabernaculo excepit.

Othoem I. cognomento Magnum Ioannes XII. in Vrbe excepit in Vaticanæ Basilicæ summis gradibus, vna cum Clero sedens. Otho vero vbi ad Pontificem accessit, sese ad pedes eius abiecit.

Henricus IV. cum ad Vrben venisset, exceptus est primum ante portam à Iudæis, inde in porta à Græcis, post ab vniuerso Clero Paschalis II. præcepto. Ipse vero Henricus ex equo desiliit, & pedibus ad Vaticanæ Basilicæ gradus cum laudibus peruenit. Vbi vero ad superiores gradus ascendit, in quibus Pontifex cum Cardinalibus, & tota Cantorum schola sedebat, ad eius pedes venerandus,

procubuit: deinde surgens, partes stratoris de more impleuit. Inde ad dexteram Pontificem habens magno cum populi plausu ad postes ædis argenteos processit.

Ludouicus VII. Francorum Rex, & Henricus II. Rex Anglorum ad Ligetim amnem apud Totiacum oppidum, Alexandrum III. eo accedentem eximij honoribus exceperunt, quippe qui stratorum officio functi, pedes dextra, læuaque frænum equi tenuere, & ad preparatum tabernaculum perduxere, & eius auctoritate pacem inter se confirmauere.

Federicus I. cognomento Enobarbus Venetijs ad Basilicam S. Marci processit causa componenda pacis cum Alexandro Tertio, qui ex composito Cardinalibus, & Episcopis circumfusus, in ipsa Basilica sedebat. Federicus vbi ad Pontificem accessit, inclinatus ad terram, pium ei pedum osculum exhibuit: inde dextrum Pontificis latus regens, ædem intrauit. Postridie eius diei Alexander rogatus à Federico, sacrificium facturus, ad prædictam S. Marci ædem accessit: ei aduenienti Federicus obuiam extra Basilicam processit: & ad dextram receptum, in eam introduxit: Perfectis sacris ad fores profectus, & facto stratoris officio, ascendenti in equum Pontifici strepam tenuit, & omne obsequium præstitit, quod eius antecessores Pontifici antea præstare consueuerant.

Quædam alia de Rom. Pontificibus traduntur: Gregorius Magnus, vt habetur in vita ipsius, lib. 2. cap. 1. frequenter vltus est hoc cognomento: *Gregorius seruus seruorum Dei*: quod deinceps reliqui Romani Pontifices sæpe usurparunt. Vnde Auctor nomine Eusebij Emillensi in *Homilia Dominica xxj. post Pentecosten* sic ait: *Romanus Episcopus Episcoporum omnium maximus. Seruum Seruorum Dei in suis Epistolis se esse scribit.* Imitatus est Gregor. Magnus alios Patres se antiquiores. Nam Damasus Epist. 3. hoc etiam cognomine vltus est: *Damasus*, inquit, *Seruum Seruorum Dei, atque per gratiam eius Episcopus sanctæ Catholice vrbis Romæ.* Augustinus Epist. ad Vitalem Carthaginensem numero 107. ait: *Seruum Seruorum Dei: Idem ad Probam viduam Epist. 121. Augustinus Episcopus Seruum Christi, Seruorumq; Christi famulus Probe in Domino dominorum sal.* Fulgentius ad Galliam de Statu Viduarum: *Dominæ*, inquit, *illustri, & in Christi timore venerabilis Gallia, Seruorum Christi famulus.* Eodem titulo vitæ scribens ad Probam, Venantiam, Eugypum Abbatem, Theodorum Senatorem. Paulinus Aquileiensis Patriarcha scribens aduersus Felicem Vrgelitanum, & Eliphandum Toletanum: *Quapropter*, inquit, *ego Paulinus licet indignus peccator, omniumq; Seruorum Domini vltimus seruus.*

Antiqua est consuetudo, vt Rom. Pontifex dicatur Beatissimus & Sanctissimus nimirum quia verus & vnicus Christi Vicarius in terris. Hæc nomina siue titulos tribuerunt Rom. Pontifici Egyptij, & Athanasius, Iustinus Imperator. scribens Hormidæ Papæ.

Gregorius VII. conuentu Romæ habitò inter alia constituit, vt solus Romanus Pontifex Papa diceretur: olim enim, vt constat ex Cypriano, Hieronymo, & Rufino Episcopi aliquando Papæ vocabantur.

Teste Fulberto Carnotensi Episcopo epist. 50. à Clemente II. & Damaso II. qui natione Germani fuerunt, introductum est, vt Rom. Pontifices in signibus Gentilitijs vterentur: quod postea Leo Nonus retinuit, cuius in signe erat leo niger in scuto 8. lilijs ornato, fuit enim natione Gallus. Leonem IX. secuti sunt Victor II. natione Sueuius, & Stephanus IX. Lotharingus, quem morem successores seruarunt. Veteres enim Pontifices talem morem non leguntur habuisse.

Vltimo annotandum est ex multis variisque nationibus fuisse Rom. Pontifices creatos.

Natione Galli fuerunt quatuordecim, Siluester II. Leo IX. Stephanus IX. Urbanus II. Callistus II. Martinus IV. Clemens V. Ioannes XXII. Benedictus XII. Clemens VI. Urbanus V. Gregorius XI. Innocentius V.

Natione Germani fuerunt quatuor.

Grego-

Gregorius V. ex Saxonia. Victor I. ex Suetia, Clemens II. Saxo. Damasus II. Bauarus. Hispani fuerunt quatuor. Damasus I. Lusitanus, Ioan. XXI. Lusitanus, Callistus III. Valentinus. Alexander VI. Valentinus. Ex Anglia vnus est electus Adrianus IV. Ex Flandria vnus quoque Adrianus VI. Ex Græcia XV. Anacletus, Eleutherius, Thelesphorus, Higinus, Antherus ex magna Græcia, quæ est in Italia, vulgo Calabria, Xistus II. Canon, Ioannes V. & Ioannes VI. ex Magna Græcia. Dionysius ex eadem Prouincia, Eusebius, Zozimus ex Magna Græcia. Ioannes VII. ex eadem prouincia. Zacharias item Calaber. Alexander V. Cretensis.

Ex Syria fuerunt creati septem. Euaristus, Anicetus, Sisinius, Constantinus, Gregorius III. Theodorus, Sergius I. Ex Africa tres, Victor I. Melchiades, Gelasius I. Sardi fuerunt duo. Hilarius & Symmachus. Natione Itali, aut etiam patria Romani, fuere multi, quos memorare necesse non est.

Sieulos aliqui numerant duos, Agathonem, & Leonem Secundum. Sed alij dicunt eos fuisse ex Valle Sicilia, quæ est in prouincia Abrurij vltioris.

Mos osculandi pedes Romanorum Pontificum est per antiquus: & introductus, eo quod Rom. Pontifex tanquam supremus Vicarius refert & repræsentat in terris Christum Dominum. Porro Magdalena Christi Domini pedes osculando, suorum peccatorum veniam impetrauit.

Carolus Magnus Imperator Adriani Pontificis pedes osculatus est. *Blondellus Decad. 2. lib. 1.* Iustinianus Secundus Constantinopolitanus Imperator Nicomediæ pedes Constantini Papæ populo spectante osculatus est. *Anast. Bibliotheca. & Platina in Vita Constantini Papæ.* Henricus eo nomine IV. Imperator Romanorum ad pedes Paschalis II. se prouoluit. *Chronicum Cassin. libr. 4. cap. 41.* Luitprandus Rex Longobardorum ad pedes Stephani Secundi prostratus osculum exhibuit. *Blon. Decad. 1. libro decimo.*

Ludouicus Lotharii Imperatoris filius sui proauo Caroli exemplum imitatus Sergio Secundo obuiam procedens sancto eius pedi osculum infixit. Ludouicus Septimus Rex Francorum, & Henricus Secundus Rex Anglorum Alexandrum Tertium eximij honoribus exceperunt, stratorum officio functi, pedes dextra læuæque equi facrum tenere. Federicus I. cognomento Aenobarbus Venetijs in Basilica S. Marci coram Cardinalibus, & Episcopis, ubi ad Alexandrum Tertium accessit, inclinatus ad terram pium ei pedum osculum præbuit. Crescentius Romanus Orthonis Imperatoris aduentum formidans, Ioannem XVI. à se profugatum, ex Hetruria reuocauit, eique cum cæteris Senatorij Ordinis viris, & ingenti plebis multitudine obuiam processit, & ad pedes eius abiectus, eos osculatus est, & supplicem veniam obtinuit. *Platina.*

De Lino, & Cleto dubitandum non est, eos fuisse Rom. Pontifices ante Clementem Romanum: eos enim Catholica Ecclesia in Canone Missæ ante Clementem Romanum ordine recenset. Item si Clemens statim post B. Petrum Pontifex fuisset, cum ad tertium vsque Traiani annum peruenerit, ut Hieronymus & alij testantur, consequens esset vixisse cum in Pontificatu plus quam 33. annis: cum tamen nullus Romanorum Pontificum B. Petri in Pontificatu annos attigerit.

Obijcies, Clementem fuisse à beato Petro nominatum, & electum, ut post se in pontificatu sederet. Respondet, id verum esse: sed & Clemens ipse suo iure cessit, & Ecclesia Romana statim post Petrum, Linum Pontificem creauit, & post Linum, Cletum, ne inde traheretur exemplum à Rom. Pontificibus, ut sibi successores nominarent.

Si iterum opponas id quod scribit Ioannes III. in Epistola ad Episcopos Germaniæ, & teste Mariano Scotto Leo Secundus, Linum, & Cletum fuisse Petri adiutores, non Romanos Pontifices? Respondeo, eum solum dixisse, fuisse beati Petri adiutores tantummodo, nimirum ipso Petro viuente, qui cum ab Vrbe sæpe abfasset promulgandi Euangelij causa, Linum, & Cletum sibi adiutores adsciuit, qui ipso absente Vicarij eius in vrbe relinquuntur, ut Christiani ipsorum opera, cura, & diligentia in religionis Christianæ officio continerentur, & alij ad Christi fidem traherentur.

Finis Libri Quinti.

IOANNIS  
AZORII LOR-  
CITANI E SOCIE-  
TATE IESV,  
INSTITUTIONVM  
MORALIVM  
Pars secunda:

LIBER SEXTVS,

Quo iure beneficia Ecclesiastica sint  
instituta.

CAPVT PRIMVM.

**H**oc libro breuiter explicabo, quibus modis beneficia Ecclesiastica Canonice & legitime acquirantur. Nam tribus superioribus libris explicui, quor sint beneficiorum genera, & quæ potestas, munus & officium singulorum Beneficiorum etiam Episcoporum, & superiorum Antistitem, Cardinalium itidem, & Romanorum Pontificum.

Primo quaeritur, Diuino ne, an Canonico iure beneficia sint instituta? Hanc questionem copiose disputauit Ioannes Selua in *Tractatu de beneficiis parte prima, quaestione quarta.* & post eum Hieronymus Gigas in *Tractatu de Pensionibus quaestione secunda.* & uterque testatur sententiam esse communem consensu receptam, Ecclesiastica beneficia esse iure Canonico, non diuino instituta: cuius sententia Auctores Ioannes Selua citat ac refert Abbatem, Archidiaconum, Dominicum, Cardinalem, & Felinum: & certe ea colligi videtur ex cap. 1. & 2. *distinction. 22.* vbi dicitur Romanum Pontificem instituisse Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios ad dignitatum gradus euectos.

Idem etiam colligitur ex cap. *In illis, distinction. 20.* Præterea in cap. *licet, in principio de Præben. in sexto,* & in Clement. 1. *ad finem, Vltimo pendente* habetur, Romanum Pontificem plenam & liberam in beneficijs potestatem habere: at si beneficia essent iure diuino constituta, non posset Pontifex plene de his, & suo nutu decernere. Huc accedit, quod Pontifex potest ad nutum, & ad tempus, & sub conditione beneficia conferre. cap. *Si gratioso, de rescript. in sexto, & cap. Veniens, de filiis Presbytero. & cap. Quamuis sit*